Subiungit cui corporis humani mẽbro q̃dq; ſignum & ſtella dominet, ut ſciamus noxas & affectus qui hominibus accidunt. à parte fortunæ † & genio & noxa & dominis eius. Vnde etiam plerunq; cognoſcũtur affectus & uitia. Cum igitur omnia ſupradicta abſoluerit ordine atq; explicarit: ſubiungã etiam configurationum euidentem uim.

κὴ τὸ δαίμονος κὴ τὸ σίνος.

De trigonis, tetragonis & oppoſitis, & inter ſe non deuinctis, breuis explicatio.

Triangularium, quadrangulariũ & ſextiliũ, configurationum diſcrimina ſunt, ac primũ omniũq; maximũ, quod partiliter ſumitur ſecundum uſitatam regulam Ptolemæi, ut antè demonſtrauimus. alterum eſt, temporale, quod Antigonus & Phnanes Aegyptius & alij quidam ſubiunxerunt, & nominarunt æquicrurium triangulum aſcenſionis ſignorum. Tertium eſt, è ſignis, cõmune illud & uniuerſale, in quo erramus omnes. Nam ſæpe cum ☉ eſt in 1 Ω ☿ in 5 ♂: apparuit △ ☿ & ☉. Si uero ignaui inter ſe configurati ſunt. Neq; eñ platyce intra partes 120. neq; temporaliter intra tẽpora 120 ſunt conſtituti neq; ratione aſcẽſionum intra partes 120. Relinquitur ut à* capitibus planetarum. Vocatur igitur ſemper latus triangulare zodiacõ quod rurſus uim habet, quoniam non continetur neq; partili neq; temporali. Quoniam igitur partile △ □ & ✳ latus antè ſub iunximus ex Ptolemęi regulis, neceſſarium duxi, etiam temporale per exemplum ſubiungere. Finge Solem eſſe in Alexandrino climate in ϒ parte prima. ☿ in Ω 2. ♂ in Ω 5. & ſic agito. Tempora aſcenſionum ϒ ſunt 21 40. Aſcenſio ♉ temporum 25. 6. Aſcenſio Π 28. 20. 8. Aſcenſio ♋ 34. 40. conficiuntur tempora 4 ſignorum 106. 40. Reſtant ad 120 tempora, 13. 20. inuenio circa 11.

καθὰ τὸν πρὸ χειρὸς κανόνα πτολεμαίου.

20.

* Ω

ὥρας τοῦ Ω. διπλώσας γὰρ τοὺς λε χρόν. γίνοντ χρόν. ο. τούτους ἐνδεκάκις καὶ ς'' ποιήσας, εὑρίσκω χρόν. ω ε οὓς ποιῶ παρὰ τὸν ξ. ἔσται χρόνοι ιγ κε. μίγνυμι τὰ ρς μ. ὁ μοῦ γίνονται, χρόνοι ρκ ε. εὑρίσκεται οὖν ἡ ιᾶ ς'' τοῦ Ω ἐν τῷ δι' ἀλεξανδρίας κλίματι, τρίγωνον ἰσοσκελὲς, ἀποτελοῦσα πρὸς τὴν πρώτην μοίρ. τοῦ Υ. καὶ λέγομεν τὸν ♃ ὑπὸ ☉ θεωρεῖσθαι, χρονικῶς καὶ ζωδιακῶς τὸν ♄ δ, ζωδιακῶς μόνον. ἐπειδὴ ὑπολείπονται τοῦ Ω χρόνοι κᾶ λε τούτους προστίθησι τῷ β ἰσοσκελεῖ △ οὕτω, Ω χρόν. κᾶ λε ♍ χρόν. λη κ' ♎ χρόν. λη κ. ὁ μοῦ γίνονται χρόν. ♄ η ιε. ὑπολείπονται πάλιν εἰς τοὺς ρκ χρόν. κᾶ λε, τούτους εὑρίσκω παρὰ τὰς ιη ς'', ζ μοίρ. τοῦ ♏. διπλώσαν γὰρ τὴν ἀναφορὰν τοῦ ♏ τοὺς λε χρόν. γίνονται χρόν. ο, τούτους παρὰ τὰς ιη ς' ζ ποιήσας εὑρίσκω χρόνον ατθ, ἀποιῶ παρὰ τὸν ξ. γίνονται κᾶ με οὓς τινας προστίθημι τοῖς ς η ιε γίνονται ὁμοῦ χρόν. ρκ εὑρίσκονται οὖν αἱ ιη ζ μοίρ. τοῦ ♏ ἐν τῷ διαλεξανδρείας κλίματι τὸ β △ ἰσοσκελὲς ἀποτελοῦσα πρὸς τοῦ ιᾶ ς'' μοίρ. τοῦ Ω: πάλιν ἐπειδὴ ὑπολείποντ τοῦ σκορπίου χρόν. ιγ ιε, τούτοις προστίθημι τὸν γ ἰσοσκελὲς △. ♏ χρόν. ιγ ιε. ♐ λαμ. ♍ κη κ'. ♒ κε ♓ κᾶ μ. ὁμοῦ γίνονται ρο θ χρόνοι. οἵ τινες ἀποτελοῦσι τὸν γ △ ἰσοσκελὲς, τοῦ ζωδιακοῦ κύκλον, αἱ γὰρ ὑπολειφθεῖσαι ε μοίρ. εἰς τοὺς ρκ χρόνους ἐν τῷ ιαω △ εἰσιν ἀκρτετμημέναι τῇ δὲ αὐτῇ μεθόδῳ, καὶ τὰς ✳ ☉ □ πλευρὰς εὑρήσεις, αἵ τιναι καλοῦνται χρονικαί.

* Ω duplicatis enim 35 temporibus fiunt tẽpora 70. Hæc cum undecies tempora 805. quæ cum addo ad 60 fiunt tempora 13.25. admisceo 106. 40. fiunt uniuersa tempora 125. Reperitur igitur 11 pars ⁝. Ω In Alexãdrino climate triangulum æquicrurũ constituere ad primam partem Υ & dicimus Iouem à Sole spęctari ratione temporis & signi. Martem autem ratione signi duntaxat, quando relinquuntur tempora Ω 21. 35 hæc apponito secundo æquicruro △ sic Ω tẽpora 21. 35. ♏ tẽpora 58. 20. ♎ tempora 38. 20. simul fiunt tempora 98. 15. Rursus restant ad tempora 120. 21. 35. hæc rursus reperio circa partes ♏ 18. 7. Duplicata enim ♏ ascensione 35 temporibus. tempora fiunt 70. has ubi ad 18. * 7. adieci, reperio tempora 1209. quæ addita 60. fiunt 21. 45. quæ adiungo * 6. 8. 15. fiunt simul tempora 120. Inueniuntur igitur 18 * & partes cũ in Alexandrino climate, secundum △ æquicrurũ efficientes ad 11 partem Ω. Rursus quia reliqua sunt ♏ tempora 13. 15. his adiungo tertiũ trigonum æquicrurũ ♏ temporũ 13. 15. ♐ 31. 40. ♍ 28. 20. ♒ 25 ♓ 21. 40. quæ simul faciũt 119 tempora quæ absoluunt tertium △ æquicrurũ zodiaci circuli. Residuę em̃ 5 partes in 120. tempora in † 11 △ sunt rectę. Eadem hac ratione ✳ & □ latera reperies, quæ temporalia nominantur.

Περὶ χρόνων καὶ κεντρ. καὶ ἐπαναφορῶν καὶ ἀποκλιμάτων.

Ὁ μὲν ὡροσκόπος δηλοῖ τοῦ πρώτην ἡλικίαν, τὸ μεσουραν. τοῦ μέσην. ἡ δὲ δύσις, τοῦ τελευταίαν. τὸ δὲ ὑπὸ γῆν κέντρ. τὸν θάνατον, καὶ τὰς μετ' αὐτὸν γινομένας εὐδοξίας, ἢ ἀδοξίας καὶ πάλιν, τὸ μὲν ἀπόκλιμα τοῦ ὡροσκόπου σημαίνει τὰς ὠδῖνας τοῦ ἀποκυήσεως, καὶ τὰ συμβαίνοντα τῇ μητρί, ὅτε ἦν καταγαστρὸς ὁ γεννώμενος. ὁ δὲ ὡροσκόπος τὴν ἀπότεξιν, καὶ τοὺς εὐθὺς μετ' αὐτοῦ χρόνους. ἡ δὲ ἐπαναφορὰ τοῦ ὡροσκόπου, τοὺς τελευταίους χρόνους τῆς πρώτης ἡλικίας. τοῦ δὲ μεσουρανήματος τὸ ἀπόκλιμα, σημαίνει τοῦ μέσου χρόνου τοὺς πρώτους. τὸ δὲ μεσουράνημα τοῦ μέσου τοὺς μέσους. ἡ δὲ ἐπαναφορὰ τοὺς τελευταίους. τοῦ δὲ δύσεως τὸ ἀπόκλιμα, σημαίνει τοῦ τελευταίου χρόνου τοὺς πρώτους. ἡ δὲ δύσις αὐτὴ, τοὺς μέσους. ἡ δὲ ἐπαναφορὰ τοὺς τελευταίους τοῦ δὲ ἀντιμεσουρανοῦντος τὸ ἀπόκλιμα, σημαίνει τὸν πρὸ τοῦ θανάτου χρόνον. τὸ δὲ ἀντιμεσουράνημα, αὐτὸν τὸν θάνατον, ἡ δὲ ἐπαναφορὰ, τὸν μετὰ τὸν θάνατον χρόνον, τούτων δὲ ἕκαστος τῶν ιβ τόπων λαγχάνει τὰς προανηνεγμένας μοίρας ε, καὶ τὰς ἐπαναφερομένας κε

De temporibus & angulis & succedentibus & cadentibus.

Horoscopus significat primam ætatem MC mediam. Occasus ultimam. angulus subterra, mortem. & gloriam aut ignominiã post mortem. Rursus cadens horoscopi hoc est, 12 significat dolorem editi fœtus, & quę matri pregnanti acciderunt, horoscopus editionẽ fætus, & tempora quæ statim eam secuta sunt. Succedens horoscopi hoc est, 2. tẽpora postrema primę ætatis MC. cadẽs significãt prima tempora ætatis mediæ. MC. media tempora mediæ succedens hoc est, 11. postrema. Occasus cadẽs hoc est, 6. significat postremę ætatis prima tẽpora. Ipse occasus, media succedens hoc est, 8 postrema. IMC cadens hoc est, 3. significat tempus antecedens mortem. Ipsum IMC. ipsam mortem succedens hoc est, 5. tempus post mortẽ. Horũ 12 locorũ quilibet sortit̃ partes antegressus 5 & sequẽtes 25. cum quadrantes 90 partium sunt.

ἐὰν αἱ τετραγώνιοι ἢ ἐνενήκοντα μοίρ. τυγχάνουσιν ἐὰν

2008 Ministerio de Cultura

ἐὰν δὲ ἀπὸ διαφόρων ἀριθμῶν, τὰς τῶν τετραγώνων ἀριθμῶν μοίρ. εἰς τὰ τρία μέριζε τρίμοιρα ἐξίσου, καὶ γνώσῃ ἕκαστον τόπον, πόσας μοίρ. ἔχει τοῦ ζωδιακοῦ οἷον, ἐὰν τὸ μεσουράνημα τοῦ ὡροσκόπου ἀπέχῃ μοίρ. ϛ´ ϛ´ ἡ δύσις ἀφέξει τοῦ μεσουρανήματος μοίρ. π δ´. ⊙ τὸ ὑπὸ γῆν κέντρον τοῦ δύνοντος μοίρ. ϛ ϛ´. καὶ ὁ ὡροσκόπος τοῦ ὑπογῆν κέντρ. μοίρ. π δ´. ἐξ ὧν οἰκείως ἑκάστῳ τόπῳ ἐπιμερίσας ἐξίσου, τὰς ἐπιβαλλούσας μοίρ. ἀπὸ τῆς οἰκείας τετραγώνου ἀπὸ τῆς ὡροσκοπούσης μοίρας, καὶ τῶν προανηνεγμένων ε´ μοίρ. αὐτοῦ τῆς ἀρχὴν ποιησάμενος τῆς ἐκβολῆς ἐπὶ τὰ ἑπόμενα μαθήσῃ, ὡς ἔχει ἡ δωδεκάτροπος.

Ἐκ πόσων τρόπων γίνεται, τὰ ἀποτελέσματα τῶν πλανητῶν.

ὑπάρχει. Τὰ ἀποτελέσματα τῶν πλανητῶν γίνοντο κατὰ τρόπους ια´. καὶ πρῶτος μὲν ὑπάρχῃ, ὅταν ὁ πλανήτης ἵσταται ἐν ἀγαθῷ τόπῳ ἀπὸ τοῦ ὡροσκόπου, εἴτε εἰς κέντρον, εἴτε εἰς τοὺς ἀκολούθους τόπους τῶν κέντρων, οὓς βλέπει ὁ ὡροσκόπος, δεύτερος δὲ ὅταν πλανήτης ὑπάρχῃ εἴς τινα τόπον τῆς ἰδίας ἀξίας, ἤγουν εἰς οἶκον, ἢ εἰς πρίγωνον, ἢ εἰς ὕψωμα. ἢ εἰς ὅριον ἢ εἰς πρόσωπα, ἢ εἰς τόπον ἐν ᾧ χαίρει. τρίτος δὲ ὑπάρχει, ὅταν μὴ ἦ ὁ πλανήτης ὑποπεποδισμένος, ἀλλ' ὀρθοποδῶν. τέταρτος δὲ πλανάρχει, ὅταν ὁ πλανήτης μὴ συνοδεύῃ ἑτέρῳ κακοποιῷ πλανήτῃ ἢ διαμετρῇ, ἢ τετραγωνίζῃ, πέμπτος, τὸ μὴ φθάνειν αὐτὸν πλανήτην μὴ βλέποντα τὸν ὡροσκόπον. ἢ ὅταν ἐν τῷ ταπεινώματι αὐτοῦ. ἕκτος, ὅταν ἀγαθοποιὸς ὑπάρχῃ αὐτὸν ὑποδεχόμενος, ἕβδομος, ὅταν ὑπάρχωσιν οἱ * ἀνώτεροι αὐτῆς πλανῆτες οἱ ἄρσενες. ἤγουν ὁ ♄. ♃. ♂. ἀνατολικοί, ἤτοι φαινόμενοι εἰς τὴν ἀνατολήν, καὶ οἱ κατώτεροι πλανῆται ἤτοι οἱ θηλυκοί. ♀, ☿. ☾, δυτικοί, ἤτοι φαινόμενοι τῆς ἑσπέραν εἰς τῆς δύσιν. ὄγδοος, ἵνα ὑπάρχωσιν οἱ πλανῆτο εἰς τὸ φῶς αὐτῶν. ἤγουν τοῦ, εἶναι τοὺς μὲν ἄρσενας, κατὰ μὴ τὴν † ☉, ἐν τῷ ἐπάνῳ ἡμισφαιρίῳ τοὺς δὲ θηλυκούς, τὴν μὴ νύκτα ἐν τῷ ὑποκάτω. τῆς δὲ ἡμέραν ἐν τῷ ἄνω. ἔννατος, ὅταν ὦσιν οἱ πλανῆται † ἐν τῷ ζωδίῳ στερεῷ δέκατος, ὅταν ὦσιν οἱ πλανῆται ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ ἡλίου. ἤτοι μοίρ. πρὸς μοίρ. τότε γὰρ οἱ μὴ ἀγαθοποιοὶ στερεοῦσι τὸ ἀγαθόν. οἱ δὲ κακοποιοὶ τὸ κακόν, ἐνδέκατος, ὅταν οἱ μὴ ἀρσενικοὶ πλανῆται ὑπάρχωσιν ἐν τοῖς ἀρσενικοῖς τεταρτημορίοις, οἱ δὲ θηλυκοὶ ἐν τοῖς θηλυκοῖς. καὶ πάλιν, οἱ μὲν ἀρσενικοὶ ἐν τοῖς ἀρσενικοῖς ζωδίοις. οἱ δὲ θυλυκοί. ἐν τοῖς θηλυκοῖς.

ὑπάρχει.

ἀγαθοποιός.

στεροῦντες

ἡμέραν.

ἐν ᾧ.

Ἔκθεσις εἰς τὰς μαρτυρίας τῶν πλανητῶν.

Τοῦτο ἐστὶν ἡ μαρτυρία τῶν πλανητῶν, ἵνα μὴ ὑπάρχῃ, ἀμφίβολος εἰς τὸ ναί. ἢ οὔ: ὅταν ὁ πλανήτης ὑπάρχῃ εἴς τινα ἀξίαν αὐτοῦ, ἤγουν εἰς τὸν

Sin à diuersis numeris quadrantium numeres partes: in tres partire trientes ex ęquo: & cognosces quot quilibet locus partes habeat zodiaci. ueluti, si MC. ab horoscopo abfuerit partibus* 66. occasus à M C aberit partibus 84, & I M C. ab occasu partibus 66, & horoscopus ab I M C partibus 84. e quibus ubi ut par est, loco cuiq; diuiseris conuenientes partes à suo quadrante, à parte horoscopi & cum antegressis partibus initio facto eiectionis ad sequētia: cognosces ut se habeat duodenarius modus.

Quot modis fiant effectus Planetarum.

Effectus planetarum fiunt modis 11. quorum primus est, cū planeta stet in bono loco ab horoscopo siue in angulo, siue locis angulos sequentibus quæ horoscopus aspicit. Secundus cū planeta est in aliquo loco dignitatis suæ, siue in domicilio, siue trigono, siue altitudine, siue termino, siue faciei, siue loco quo gaudet. Tertius est, cum planeta non est retrogradus, sed directus. Quartus cum planeta non congreditur cum alio malefico planeta, nec ei opponitur, aut per quadratum aduersatur. Quintus ne planeta horoscopum non aspiciat, aut in sua deiectione sit. Sextus, si quis eum recipiat. Septimus si planetæ superiores masculi, uidelicet ♄ ♃ ♂ sint orientales aut appareant in ortu: inferiores autem planetæ, uidelicet fœminini ♀ ☿ ☽, occidentales, aut uesperi in occasu appareāt. Octauus, ut sint Planetę in suo lumine uidelicet, ut sint masculi interdiu in superiore hemisphærio: fœminini noctu in inferiore, interdiu in superiore. Nonus, si sint planetæ in signo fixo. Decimus, si sint in corde Solis, hoc est, in eadem parte Tunc enim benefici stabile reddunt bonum: malefici malum. Vndecimus cum masculini planetæ in masculinis quadrantibus sunt, fœminini in fœmininis, & rursus, masculini in masculinis signis, & fœminini in fœmininis.

In testimonia planetarum expositio.

Hoc est, testimonium planetarum, ut ne sit ambiguum aliquid in affirmatione aut negatione, cum planeta est in aliqua dignitate sua, uidelicet in suo domicilio,

2008 Ministerio de Cultura

ἥλιον οἰκοδ. ἢ εἰς τρίγωνον, ἢ εἰς ὕψωμα. ἢ εἰς ὅρια, ἢ εἰς πρόσωπον, τότε ἔτι σημαίνει, πληροῖ αὐτὰ, τὰ ἀποτελέσματα τῶν πλανήτων εἰσὶ δ̄, † φησὶ δὲ τοῦτο· ἡ πρώτη χαρὰ ὅταν ὁ ἑρμῆς ἐμπέσῃ εἰς τὸν ὡροσκόπον, ἡ σελήνη εἰς τὸν τρίτον τόπον, ἡ ἀφροδίτη εἰς τὸν πέμπτον, ὁ δὲ εἰς τὸν ἕκτον. ὁ ☉ εἰς τὸν ἑνδέκατον, ὁ ♃ εἰς τὸν ἐνδέκατον ὁ ♄ εἰς τὸν δωδέκατον· ἡ δευτέρα χαρὰ, ὅταν ὁ ♄ εἰς τὸν ♐, ὁ ♃ εἰς τὸν ♎ ὁ δὲ εἰς τὸν ♏. ὁ ☽ ἥλιος εἰς τὸν ♌. ἡ ♀ εἰς τὸν ♉. ὁ ☿ εἰς τὸν ♒ ἡ ☾ εἰς τὸν ♋· ἡ τρίτη χαρὰ, ὅταν οἱ ἀρσενικοὶ πλανῆται, ὑπάρχωσιν γὰρ ἀρσενικοῖς, χαίρουσιν ὅταν ὦσιν ἀνατολικοὶ καὶ οἱ θηλυκοὶ ὅταν ὦσιν ἑσπέριοι· ἡ τετάρτη χαρὰ, ὅταν οἱ ἄρσενες πλανῆται, ὑπάρχωσιν γὰρ ἀρσενικοῖς, τετραγωνικοῖς, καὶ οἱ θηλυκοὶ γὰρ θηλυκοῖς ὁ δὲ ἑρμῆς χαίρει μετ' ἀμφοτέρων, ἡνίκα ὅταν ὑπάρχῃ τετραγωνικῶν χαίρει μετ' αὐτῶν, καὶ ὅταν ὑπάρχῃ μετὰ θηλυκῶν χαίρει μετ' αὐτῶν.

Αἱ ἀκτῖνες τοῦ ☉ ἀφικνοῦνται μοίρ. λ̄. ἔμπροσθεν ιε̄, καὶ ὄπισθεν ιε̄. ☾, μοίρ. κ δ̄. ἔμπροσθεν δώδεκα, καὶ ὄπισθεν δ' ὡσαύτως· τοῦ ♄, ☾ τοῦ ♃. μοίραις ιη̄. ἔμπροσθεν ἐννέα. καὶ ὄπισθεν ἐννέα ☾ ♀ καὶ τοῦ ☿ ι δ̄. ἔμπροσθεν ἑπτὰ ☾ ὄπισθεν ἑπτὰ τοῦ ♂ ις̄ ἔμπροσθεν ἐκτὼ καὶ ὄπισθεν ἐκτώ.

ΤΕΛΟΣ.

domicilio, aut triplicitate, aut exultatione, aut finibus, aut faciem tunc si quid significat, perficit. Effectus planetarum sunt 4, uidelicet Si primum gaudium, si ☿ inciderit in horoscopum, Sol in 3. ♀ in 5 Mars in 6. Iupiter in 11. Sol. in 9. Satur. in duodecim. Secundum gaudium. Cum Satur. inciderit in Aquarium, Iupiter in Sagittariũ, Mars in Scorpionem, Sol in Leonem, Venus in Taurum, Mercurius in † Aquarium, Luna in Cancrum. Tertium gaudium, cum masculini planetæ fuerint orientales: fœminini, uespertini. Quartum gaudium: cum masculi planetę sunt in quadrantibus masculis & fœminei in fœmineis. ☿ autem cum gaudet utrisque, hoc est, coniunctus cum masculinis, gaudet cum eis, & cum est cum fœmineis, gaudet cum eis.

Radij Solis sparguntur in partes 30. 15 antè & 15 post. Luna 24. 12 ante & 12 pòst. Saturnus & Iupitur 18. 9 ante & 9 pòst. Mars 16 ante 8 & 8 pòst. Venus & Mercurius 14. 7 ante & totidem post.

FINIS.

2008 Ministerio de Cultura

HERMETIS
PHILOSOPHI, DE REVO-
lutionibus natiuitatum,
incerto inter-
prete.

1559.

2008 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA
DEL
OBSERVATORIO DE S. FERNANDO

2008 Ministerio de Cultura

ORNATISSIMO

VIRO, PAVLO HAINTZELIO PA-

tricio Augustano. Hieronymus Vuolfius.
S. P. D.

Rata & iucunda atq; etiam utilis mihi fuit Reuolutionum Hermetis tui lectio, tum propter iudicandi prudentiam, tum ob Methodum & copiosam doctrinæ huius explicationem: longè futura expeditior & acceptior, si græci Archetypi copia fuisset. Etsi enim quis Hermes iste fuerit ignoro (πρισμέγιστον quidem illum, cui cētum sententiæ Astrologicæ, haud scio quam rectè ascribuntur, non fuisse, persuasum habeo) nec fuisse Græcum, sed alterius alicuius nationis, siue Arabem, siue Saracenum, ex multis eius locis intelligi potest: tamen latinæ conuersionis uestigia eò me deducūt, ut hoc opus è Græco translatum esse credam, fide sanè optima, uel immodica potius religione, unde ipsa dictio alicubi & obscurata & propè contamina ta est. Accessit & scripturæ intricatæ & perplexæ difficultas, In qua legenda quanta industria & ingenij sagacitate elaboraris, apographon tuum & asteriſci indicant, nec ego ex ijs Labyrinthis, absque opera tua ubique euadere potuissem. Nunc & tuis coniecturis adiutus, & linguæ græcæ in conuersione lineamenta secutus, & diuinatione quadam minimè temeraria ex ipsius orationis serie & consensu sentētiarum fretus: effeciſſe me confido, ut pauca in hoc libro desiderentur, nisi fortè genus orationis melius requiras. In quo ipso etiam tuæ uoluntati libens morem gessissem, si mihi Græcus Hermes contigisset. In alieno uerò opere hactenus ingeniosus esse uolui, & ubi rectè potui, & à librario corrupta emendarem & ab interprete obscurata illustrarem. In cæteris, orationem eius ad Latinitatis leges astringere nolui, neq; etiam potui hoc tempore, cum ad publicas occupationes priuatus accessit labor, Historię Georgij Cedreni cum Zonara meo conferendæ. è qua, uti ex aliquot paginarum lectione conijcio, multa scitu digniſsima & minime peruulgata suo tempore (si fatis uisum fuerit) depromam, & omnibus omnium poëtarum scriptis tantam lucem inferam, ut posthac & paulò rectius intelligantur, & non in nugis & fabulis (ut plerique persuasum habent) occupati fuisse, sed res graues ac difficiles tractasse, & historias mirabilibus figuris de industria & quidem facetissime inuoluisse, & suauissimis numeris decantasse uideantur. Quæ qui non intelligunt (pauciſsimi aūt intelligūt) quid mirum, si diuinum hoc studium homines imperiti aspernantur? Sed ut ad institutum redeam: Hermetem tuum ad te remitto, non

2008 Ministerio de Cultura

quidem noua ueſte exornatum, ſed notis compunctum iiſq; non Threicijs, ſed Lycijs (Sunt enim qui me λύκον græcè, quàm Vuolfium barbarè nominare malint) minime certè ignominioſis, ſed perquàm neceſſarijs & ſalutaribus. Remitto autem, non tanquam tuum, cuius χὴ χρῆσιν χὴ κτῆσιν fuit, ſed (frontem enim perfricui) pro meo, ut de alieno his Calẽdis Ianuarij, quas tibi & tuis fœliciter illuxiſſe & ſpero & opto, ſim liberalis. quando de meo uix poſſum. Quam impudẽtiam uel eo nomine diſſimulabis, quod nec mihi accedit, nec tibi decedit multum. Nam & tu librum tuũ recipis, & ego prẹter famam benignitatis erga te meę, nihil amplius requiro. Magnum enim uirum ſe putat Irus, cum Crẹſo non aſpernanti cotylam ſuam offert. Et ego ea te humanitate & erga me beneuolẽtia cognoui ut libri tui recuperatione contentus, de ſyllabis non anxiè diſputes, utrũ ego donem meũ, an uero tuum reddã, quæ olim inter Philippũ & Athenienſes controuerſia fuit, cũ ille his Haloneſum à ſe occupatã nõ ἀποδοῦναι ſed δοῦναι, hi non λαβεῖν ſed ἀπολαβεῖν uellent. Tanta erat ſuperbia & rixãdi libido. Sed hæc & more noſtro, & ut lætius eſſet huius anni auſpicium, iocati ſumus. Nunc ſeriò à te poſtulo, ut Hermetem omnium Aſtrologorũ lectione digniſsimum, in publicũ edas, nihil uel orationis aſperitatem ueritus, quæ illi cum omnib. Arabibus (non acutiſſimæ & diligentiſsimæ gentis, ſed indoctorum interpretũ uitio) cõmunis eſt, & rerũ utiliſsimarum cognitione penſatur, uel obtrectatorum calumnijs deterritus. Eſt hoc arrogantis imperitię propriũ, ut neq; lecta, neq; intellecta crimineẽ: quæ ubi Hypocritico ſuperſtitionis pallio, nunq̃ tamen tam probè ſarto, quin per ſciſſurã eluceat eius uanitas, ſe uelarit. depromptis ex Hagiographorum pharetra telis & inuerſis ac malè contortis, iam quaſi re benè geſta non triumphant ſed tonant & fulminant Veioues iſti, aut potius Salmonęi.

Ac flammas Iouis & ſonitus imitantur Olympi.

Sed crede mihi, uel tibi potius ipſi crede, qui tanto rectius hæc intelligis, quantò maiores in diuina Matheſi progreſſus habes.

Dant ſine mente ſonum.

Et ut olim Lycurgus uites ob plebis intemperantiã excidit: ſic quicquid ab impoſtorib. peccatur, id ipſi doctrinæ obijciunt, quos ASTROLOGIA inſtar magnanimi equi cum contemptu, tanquã baubãtes caniculos præterit, & ipſa cautiores eſſe uellet, ne quemadmodum ille dum uineas putat, ſibi ipſi, diuina ultione in furorem actus, tibias amputaſſe ſcribitur: ita & iſti ſuopte gladio iugulẽtur, & in ſui mucronis aciem temerè incurrant. Sed ualeant moroſi atq; inepti homines, & nos quoq; ualere, & noſtris amoribus noſtro cõmodo & ſine ſuo incommodo frui patiantur. Legimus & nos ſacras literas, legimus Philoſophiam, contulimus inter ſeſe ac commiſimus rationes eorum, qui hanc doctrinam & accuſant & defendunt, nec eam illorum aciem nouimus, ut ipſi uideant, quod nos non

2008 Ministerio de Cultura

non perſpiciamus: qũod ſi uel diuino quopiã afflatu, uel uitæ ſanctimonia nobis antecellunt: eas prærogatiuas autori Deo acceptas referant, & ſuæ pondus autoritatis, non in ſuperuacaneas cauillationes obijciãt, ſed ad opprimendas Epicureas opiniones, & conſimiles opinionib. mores conuertant. Quantus, proh dolor, eſt eorũ numerus, idq; uita eorũ arguit, qui inter ſuas & ſuũm animas nihil intereſſe putent: qui omnes regiones ſecurè rideant: omnes de officijs præceptiones aſpernentur: à nullo ſcelere niſi legũ metu abhorreant: proinde inſidiantur, fraudant, furãtur, rapiunt, potant, laſciuiunt, indulgent genio, nihil non licet niſi quod nõ libet. Hi non tantum ſacrarum literarũ teſtimonijs, quibus homines profani parum mouentur, edocendi: ſed etiam philoſophicis rationibus, & hiſtoriarũ exemplis conuincendi erant, & ſummæ eloquentiæ ui ab erroribus reuocandi in uiã, ad flagitiorum deteſtationẽ impellendi, ad uerã religionem, ad uirtutẽ, ad ſanctitatem inflãmandi. Nã cum ueri cognoſcendi & ſequendi amor ab ipſa natura ſit homini tributus: quod plures à mendacio ſtant, ignoratio potius quam odium ueritatis efficit. Huic ego Theologo aſſurgã, huius ab ore pendebo, huius ueſtigia tanq; Dei perſequar, huius plãtas exoſculabor. Qui uerò ab hoc ſcopo aberrantes, neſcio q̃d ἐριστικὸν καὶ διάβολον declamãdi genus & odioſiſſimas περιβάσεις ſupra modum amant, eos ego (ut ille ait) laudare non poſſum, uituperare autem nolo, eademq; illos erga noſtrã Aſtrologiã quoq; modeſtia uti uellem. Cui nos non plus tribuimus, quàm religio, quàm rerum humanarum uanitas, quã amor ueritatis ſinit, deniq; quã ipſa ſibi tribui uult, quę ſe ſcripturam eſſe & librum quendam Dei fatetur, in quo fata hominum, nonnulla ex parte, ſubtiliſſimis & admirandis notis ſint perſcripta. Sed eas à pauciſſimis & minima ex parte perſpici. Caligare humanos oculos, aliàs ſolarib. radijs occæcatos, aliàs denſarum nubium obiectu impeditos, & librum eum, in eius qui ſcripſit poteſtate eſſe, non diſſimulat. Coniecturas tamen ſuas prorſus contemni indignatur, tot euidẽtiſſimis experimentis comprobatas. Nemini aũt ſuccẽſet magis, quam audaciſſimis quibuſdam hominibus, quorum temeritate, inſcitia & impudentia in ſummũ odium & cõtemptum uenit. Tuo aũt, Paule, ſui amore & cultura diligenti uehementer delectatur, ſeq; tibi gratiam relaturam profitetur, ſi Hermetem alumnum ſuũ è tenebris in lucem, atq; in oculos hominum produxeris. Quod te, pro liberalitate naturæ tuæ, & rei literariæ iuuandæ ſtudio, non modò non grauatè, ſed etiam libenter & cupidè factu rum eſſe, habeo exploratum. Ego uerò ne prorſus ignauus ſim ἐγγοδιώκτης καὶ ἀσύμβολος: cum Henrico Petri uiro optimo, & horum ſtudiorum amantiſſimo, agam, ac facilè impetraturum arbitror, Eſt enim facilimus exoratu, ut etiam exiguo aut potius nullo ſuo lucro, ne cum damno dicã, ſtudioſorum cõmodis inſeruiat) ut pro uno tuo, mille Hermetes nouo cultu exornati in publicũ prodeãt, ſeq; tuo beneficio & uiuere, & ualere,

2008 Ministerio de Cultura

& amari, & coli ubiq; gentium magnopere prædicent, & immortali uoce testentur. Quod dum fit: sedulò etiam in Ptolemaicis commentarijs laborabo, ut haud longo interuallo secuturi, qualescunq; de ijs præiudicium factum sit, non tam sua quàm librariorum incuria & interpretum uitio, se iam diu neglectos, in tenebris & puluere iacuisse ostendant. Vale. Augustæ Vindelicorũ è Lyceo nostro, quod iam diu maiore conatu, quam successu in Musęum conuertere studeo, Calendis Ianuarij Anni 1558. hac ferè Cœli facie.



2008 Ministerio de Cultura

INCIPIT BREVIS COMPILATIO HERMETIS PHILOSOPHI

DE REVOLVTIONIBVS NATIVITATVM LIBER PRIMVS, TRANSlatus de græco in Latinum.

DE REVOLVTIONIBVS NATIVITATVM Caput. primum.

SOLE natiuitatis tempore in loco aliquo existente, moto siquidē in zodiaco & trāseunte trecentos sexaginta gradus, & rēstituto in eodem loco, per dies trecentos sexaginta quinque & † partem diei, fit nato annus unus. Et incipit secundus annus in secūda restitutione. Incipit tertius annus in tertia, & deinceps similiter. Oportet igitur in reuolutione anni constituere horoscopum secundum quod inferius denotatur, & formare duodecim loca & cōponere gradus Planetarum. Mutantur enim horoscopi in Annorum Reuolutionibus: & stellarum directiones. Et primum quidem annū significat Horoscopus & stellæ secundum quod inueniuntur in figura natiuitatis. Deinde secundus locus secūdum annū significat. Tertium uero tertius. Quartum quartus, & subsequenter similiter. Et quia mutātur signa profectionis & horoscopus Reuolutionis, & loca Planetarū: propter hoc diuersa fiunt circa homines accidentia.

† strè.

DE VTILITATE REVOLVtionis. Cap. II.

QVidam homines admirati sunt sermones antiquorum de solari uidelicet Anno: dicentes: quare motui Restitutionis solis tribuerint annum, & non ipsius oppositi uel alicuius alterius loci? Alij uerò dixerunt: Cum annus constet ex xij Mensibus: Quare solem tantum acceperunt in reuolutionib. Annorum & non restitutionem Lunæ per xij. periodos in proprium locum? quod secundum fuit in natiuitatis initio. Et ad primos quidem dicendum est quod annus diuiditur in quatuor tempora. Ver, Aestatem, Autumnum & Hyemē. His igitur completis temporibus restituitur annus ad primam dispositionem, & si defecerit aliquid, huius temporis: deficiens erit & annus. perficiuntur quidem tempora per transitum solis in xij signa. Restituto quidem ipso in pristinum locū restituuntur & tempora. Idem fit & in secunda restitutione. In restitutione uero Lunæ uel alicuius stellæ, non fit aliquid tale, neque restituitur tempus. Et ꝓpterea signauerunt tempus, per motum solis, & restitutionē suam. Et facta sunt quatuor tempora partes anni. Et diuisi sunt xij Mēses secūdū xij signa. Amplius autem quoniam annus diuiditur in quatuor tempora. Vnū quodq; tēpus unicuiq; initiū habet mediū & finem, & ingerūtur per quodlibet tempus signa tria quæ multiplicata per quatuor fiunt xij. Amplius ꝙa in unoquoq; anno Sol secat trecentos sexaginta gradus. qui in xij diuisi, faciunt x x x, erit ergo Solaris mensis xxx graduum. Dicimus etiam quod Sol quando incipit ab aliquo loco moueri perambulauerit 2. minuta & 30. secunda facit horam. Quando uero cōplebit gradum, facit diem. Quando autē triginta gradus, facit mēsem. Quādo uero 360. gradus facit annum. tamē quędā horarum & dierum & mensium mutan

2008 Ministerio de Cultura

tur ad alias horas & dies & menſes propter diuerſitatem motus Solis.

CONTRA EOS QVI NON ACceptant Reuolutiones. Cap. III.

QVidam de contradicentibus Aſtrologiæ dixerunt non opus eſſe reuolutione annorum, conantes probare huiuſmodi per duas probationes: Per unã quidem quod horoſcopus & figura ſecundum natiuitatem: ſignificant hominibus accidentia. Vana ergo eſt Annorũ Reuolutio. Per aliam uero dicũt, quod ſignificatio natiuitatis fortior eſt, ſignificatiõe Reuolutionis. Si ergo aliqua ſtella ſecundũ natiuitatẽ ſignificauerit q̃d homo quidã ſuſtinebit periculũ in quodã anno, Deinde reuoluet̃ annus ille & ſtella illa non ſignificabit periculũ. utrũ ceſſabit periculũ an nõ? Et ſi dixeris q̃d ceſſabit. Deſtruũt ſignificationẽ natiuitatis aſſerentes fortiorẽ eſſe ſignificationẽ reuolutionis annorũ. Si uero dixeris nõ: Dicunt quod ſuperflua eſt annorum reuolutio. Hos quidem tribus modis redarguimus, uno quidem quod non ea una diſpoſitione planetæ, rem futuram concludimus, ſed è duabus uel pluribus. Quando igitur ſignificabit aliquis planetam in natiuitate, aliquo anno euẽturum eſſe aliquid. Oportet nos ſcire diſpoſitionem illius ſtellę in anno illo, ut diligenter cognoſcamus illius rei ſubſtantiam. Alia uero ratio ſic procedit, quod planeta, quando ſignificabit in natiuitate aliquod bonum uel malum: nõ exquiſitè cognoſcitur à natiuitate quantitas illius neque qualitas. Eſt enim quoddam bonum magnum: & bonum mediocre, & bonum minimum: ſimiliter & malum. Scitur enim uniuſcuiuſque magnitudo & paruitas, quando conſideratur diſpoſitio ſtellę ſecundum tempus reuolutionis. Si ergo diſpoſitio ſtellæ bona fuerit, tam per initium, quam per reuolutionem: bonum illud erit maximum. Si uero diſſonat tranſitus ab initio: erit bonum minimum. Si uero planeta ſecundum natiuitatem ſignificabit quoddam bonum nato futurum eſſe. In anno uero Reuolutionis non ſignificabit, aliquod eſſe bonum. Non omnino ceſſabit bonum ſed erit aliquid minimum, non quieſcente ſignificatione natiuitatis propter reuolutionem. Sed apparebit illius ſtellæ operatio niſi enim planetæ ſingulis temporibus diuerſas diſpoſitiones haberẽt, non utiq; indigeremus reuolutione annorum. Tertia uero ratio eſt talis, quod Planeta indicat præterita præſentia & futura. Et indicat quidem præſentia, & futura ſignificat per commixtionem præſentis ad præteritum uel futurum, & cũ facimus collationem ad alterutra tempora expendimus rem diligentius. Qua de cauſa non eſt ſuperflua annorum reuolutio. Quidam autem ſic opponunt contra reuolutiones annorum, dicentes quod ideo in natiuitatibus facimus directiones, ad corpora bonorum & malorũ ut ſciamus annos quib. ſignificationes planetæ, loca etiam ipſorum ſecundum natiuitatem coniunguntur, tam beneuolis quam maleuolis: & propter hoc inutilis eſt annorũ reuolutio. Hi uerò deceperunt ſe circa huiuſmodi reuolutiones, Feſti enim ad faciendas cõmixtiones ſeu collationes effectuũ planetarum natiuitatis ad effectus reuolutionum ſtellarum: Inueniunt incuſationes huiuſmodi. Quando igit̃ fit ſecundũ natiuitatem planetarum directio, quæ aliquo anno ad quandam ſignificationẽ perueniet, oportet ſcire & annum illum qualis eſt & concordare figuras eius ad natiuitatis figuras. Si em̃ ſciueris diſpoſitiones earum quę ſunt in principio, & neſciueris eas quæ ſunt in reuolutione, non poteris diligenter diffinire ſignificationes earũ. Oportet ergo ex neceſſitate ſcire planetarum diſpoſitiones ſecundum tempus reuolutionis, & eas conferre ad natiuitatis figuram, poſtea ſecurius diffinire. Dicunt & quoddam tale argumentum. Quod in reuolutionibus annorum conſideratur ſignũ Profectionis: ſignũ uidelicet quo annus peruenit. Ab horoſcopo uero reuolutiões ipſius, anni non eſt poſſibile id diſcernere. Quãdo enim computatur alicuius natiuitas per quosdam canones & poſtea inquiritur reuolutio anni per alios canones, multa diuerſitas fit circa gradum horoſcopi & multotiens circa ipſum horoſco-

2008 Ministerio de Cultura

horoſcopum & ipſum diem: & quoniã circa huiuſmodi diſſonant Canones, nõ eſt reuolutio certa, † maximè quod incomprẹhenſibilis eſt annorum reuolutio. Ad quod dicimus: omnis qui deſtruit horoſcopum reuolutionis, ignorat & finem & principium anni, quibus incognitis & ipſe annus neceſſariò ignoratur, et quod eſt omnium abſurdiſſimum † Editus eſt quidem finis anni præcedentis & ſequentis initium per reſtitutionem ſolis ad proprium locum factam, hoc enim cognito & Horoſcopus reuolutionis cognoſcitur. Diſſonant enim canones pro eo quod aliter & aliter accipitur annus currens ſolis, quemadmodum uniuerſales canones diſſonant à canonibus † Philoſophi & ab alijs alij & ideo fit diuerſitas circa medios curſus, & circa loca planetarum. Oportet igitur computare aſcendentes annorum per medios motus & certos curſus per quos computatum fuit natiuitatis initium & ſic nulla erit diſcordia: Diligens quidem horoſcopus anni eſt, qui accipitur ab annuo motu Solo obſeruato à Philoſopho per inſtrumẽta de quibus mentionẽ facit in Almageſto. quod græci magnã conſtructionem appellant, inuenta reſtitutione Solis per dies. 365. & quartam partem diei deficiente centeſima parte ipſius diei.

QVANTVM ANTIQVI VTEbantur Reuolutionibus. Cap. IIII.

VTilitas quidem cognitionis rerum & effectuum apud homines à reuolutione annorum manifeſta eſt. Omnis enim Babiloneẹi, & Perſæ & Indi & Aegyptij tam Reges quã & Idiotẹ nõ conabantur aliquam rem tractare in aliquo anno, niſi prius inſpicerent reuolutionẽ anni natiuitatis eorum, & ſi inueniſſent annum fuiſſe bonum, tractabant opus. Si uero contrarium, renuebant. Reges quidem inſpiciebant natiuitates prẹpoſitorum exercitus, & obſeruabant reuolutiones annorũ ipſorum, & ſi inueniebant reuolutionem alicuius eorũ ſignificare potentiam & uictoriã, cõtra hoſtes mittebant eos. Si uero contrariũ, dimittebant, & nõ illorum ſolũ natiuitates obſeruabant, ſed etiam legatorum ſi reuolutio anni eorũ finẽ proſperũ indicaſſet Quod ſi proſperitatẽ ſignificabat, mittebant eos, ſin minus, pro his alios promouebant, quorũ reuolutiones anni proceſſus indicabant. Similiter & Reges, qñ in aliquo anno natiuitatis eorũ in aliq̃ actu impedimentum uidebant, minime tractabant ipſum. Simili modo tam ipſi Reges, quam Idiotæ ex reuolutione annorum obſeruabant ſibi utiles medicinas, cibos etiam & potus, uenditiones & emptiones, & omnia eorum initia, & utebantur eis, dimittentes nocitura in illo anno. Argumentabantur enim res tam à proprijs natiuitatibus, quã ab alienis. Viri etiam uolentes filios procreare, non tãtum proprium obſeruabant annum, ſed etiam mulieris, & ſi utraque figurarum ſignificabat procreationẽ: concubebant cum eis. Alioquin quærebant alias, quarũ natiuitates filiorum partum ſignificabant, quarè ualde utilis & expediens eſt annorum reuolutio.

DE ORDINATIONE FIGVræ Reuolutionis. Cap. V.

CVm uolueris facere figuram reuolutionis anni cum his, quæ in ea notantur: Facias figuram circularem uel quadratam & diuidas eam in xij decisiones, quemadmodum nunc Aſtrologi temporis noſtri faciunt figuras. Deinde ſcias horoſcopum anni & gradum eius & minutum, & deſcribas xij domos ordinatim cum gradibus ſuis & minutis operando eas per partes horarum & aſcenſiones rectæ ſphẹræ. Et notabis in huiuſmodi figura gradus planetarum ſecundum tempus reuolutionis, & exaltationes ac deſcenſiones eorum nec non retrogradationes. & radiationes & duodenas particulas eorũ. Similiter & duodenas particulas graduum domorũ & ſortes quæ & partes dicuntur, & deſcendentẽ atq; aſcendentẽ. ſ. caput & caudã. Hẹc omnia notabis quẽadmodũ fit in natiuitate, poſtea notabis locũ horoſcopi natiuitatis, & planetas ipſius natiuitatis, & diſpoſitionẽ eorũ et radiatiões et duodenas particulas tam ſtellarũ quã domorũ, et ſortes et aſcendentẽ et deſcẽdentẽ, omnia notabis, et ſingula in quacunque

inuenta

2008 Ministerio de Cultura

iij inuenta fuerint domo secundum natiuitatẽ. Similiter & locum in quo peruenit annus ab horoscopo datus. i. signum profectionis & locũ in quo peruenit an-
iiij nus à sorte fortunæ natiuitatis, nec non
v. locus in quib. applicuit profectio à prin
vi. cipalibus locis figuræ. Deinde notabis in ea in quo loco puenerit diuisio & di-
vij. uisor & condiuisor siue particeps. Et do
viij. minus Ferdarię & conparticeps eius. Et dominus orbis notabis, ppriè singula in quibus sunt signis. Et si in gradu medij
ix. Cœli, uel cũ aliquo de luminaribus uel Planetis in angulis existentib. fuerit stella fixa, notabis & ipsam. Cum autem hoc feceris: erunt tibi in huiusmodi figura xiiij Planetę & duo ascendentes. i. capita, & duo descendentes caudæ Draconis. & radiationes tam natiuitatis quã reuolutionis & locis * xcvi. & duodenę particulæ signorum & Planetarum in locis xxxviij. Sortes uerò siue plures uolueris siue paucas. tamen cum notare uolueris in quibusdam domibus Planetas & una domus habuerit plures, oportet te prius paucos gradus habẽtem notare, & ultimo ponere eum qui plures gradus in signo habuerit. Idem oportet te facere & in radijs & sortibus & in duodenis particulis. & cum hæc feceris perfectam composuisti reuolutionis anni figuram.

DE HOROSCOPO ANNI ET dispositionibus Planetarum in Reuolutione. Cap. VI.

CVm feceris figuram Reuolutionis anni: aspice horoscopum quis est de locis natiuitatis, siue de angulis est, siue de succedentibus, uel de cadentibus. & qui Planeta fuit in eo secundum tempus natiuitatis, & quorum radij, & quæ sortes, & quorum duodena particula & qui aspicit ipsum in duob. tẽporibus, & qui sunt ex eis ἐπικρατήτορες. i. dominatores & in quo loco sunt ab eis, & si in proprio loco uel alieno, & si stella ipsa habet unam domum uel duas, & si aspicit unam earũ uel duas, & si habet unã, an aspicit ipsam uel nõ & si est retrogradus uel directus, & si est fortis uel debilis, & si est ascendens in suo auge, uel est descendens, & quam latitudinem habet, & si est in exaltatione sua uel descensione. Cõsidera etiã si aspiciunt se uel recesserunt abinuicem, & radios eorum à septimo die, & coniunctiones eorum & receptiones adinuicem, & coadiuuationes ad se inuicem. uel nocentes, odientes, uel diligentes, & commixtiones seu complexiones quas habent adinuicem, & planetas qui sunt in sua conditione siue similitudine, quæ Arabice uocatur haiz, & qui sunt in cõtraria. Et ipsorum duodenas particulas, & quo loco in reuolutionib. annorũ, unaquaq; applicuit, secundum *duodecimam directionem domorum & penes quam applicuit de stellis reuolutionis, eodem modo & in mensibus ubi applicatur. Oportet autem considerare planetarum ad solem aspectus. Dico autem orientalẽ quoq; & occidentalem. & cum fuerit in corde solis uel radijs extra aut radios & cæteras qualitates stellarũ. hoc aũt oportet cõsiderare tã secundũ natiuitatẽ, q̃ secundũ reuolutionẽ. Pluries enim quidã Planeta in natiuitate aspicit aliquem locũ uel planetã de amicis suis uel inimicis. In reuolutione uero † alterius uidet. & propter hoc oportet attendere positionem eius, & cõfigurationes in utrisq; temporib. tanquã existente diuersa significatione ipsius. † aliter.

DE EO QVOD DEBET ASTRO logus præscire ætatem eius cuius est Reuolutio. Cap. VII.

OPortet in Reuolutionibus annorũ scire primo ætatem nati, siue puer sit, siue iuuenis, siue ætatis mediæ, seu senex, siue decrepitus. quilibet enim septem Planetarum habet significationẽ in unaquaque ætate, & ideo non simili modo planeta ipse semper accipitur in Reuolutionibus annorum. Puer enim propter debilitatem & infirmitatem propriæ naturæ atq; ignorantiam, licet aliquis planeta significauerit sibi coniugium, uel procreationem filiorum, aut aggregationem pecuniarum, aut acquisitionem stabilitatis, aut peregrinationẽ aut tractatum difficiliũ rerũ, uel res impossibiles sibi, tamẽ quia non habet possibilitatẽ huiusmodi quam habent iuuenes, neq; patientiam aut prudentiã, uel dispositio-

2008 Ministerio de Cultura

...er adoptio ...s, matrimo ...rum uidue, ...oris adul ...rium etiã ...s possunt ...mãgere li ...ri, aut ...s loco li- ...rũ ha- ...ant.

dispositionem, non potest recipere operationes stellarum. Idem accidit in decrepito & defesso, quando aliquis planeta significabit ei procreationẽ prolis uel q̃dam alia, quę nequaq̃ facere potest. propter hoc ergo necesse est præscire ætatẽ nati, ut effectus euentuum conueniant cum eadem. Quidam prædixerunt huiusmodi rationi dicentes, uidemus enim infantem & puerum, qui accipit tunc in coniugium. Alij uero promouentur ad dignitates & potestates acquiruntur eis etiam serui & iumenta multotiens, & in itineribus assumuntur, hæreditatum etiam immensas diuitias & immobiles possessiones acquirũt, Nos uero dicimus, quod huiusmodi puer non tractat per se, sed per aliquos curatores seu prouisores suos, sed parentes uel alios. Hæc autem eueniunt sibi quando aliquis planeta ea significabit, nihil eo ualente, aut sciente, uel discernente, & secundum eundem modum dicitur ipsum huiusmodi facere, non enim coit, non prolem procreat, neque res difficiles per se tractat, nam ætas eius impossibiliter se habet ad talia, quando uero aliquo tempore uitę suę peruenięt ad ætatẽ, quę pertinet illi planetæ: habebit aptitudinem significationũ illius. Dominant uero stellæ ætatibus hominũ secundum ordinem circulorum suorum. à circulo inferiori incipientes & hę quidem gubernant æquale tempus annorũ minimę ipsarum periodi. Aliæ uero mediæ uel decimę partis minimæ, uel mediæ ipsarum periodi. Et primum quidẽ quadriennium gubernat Luna propinquior enim est ipsa nobis reliquis stellis, nam infirmitas puerilis naturę & humiditas, teneritas & cibi paucitas, & morũ prauitas & rerum ignorantia, & faciendarum rerum priuatio & intelligibiliũ dubitatio & crescendi facilitas & mutationem susceptilitas significant Lunam esse gubernatricem ipsius per quã à natiuitatis tempore usque ad annos quatuor gubernatur. Quatuor uero anni fuerunt suppositi secundum quatuor elementa ex quibus corpora nostra consistunt, anno uno dato cuilibet elemẽto, & ideo Luna quatuor annos significat, quoniam puer huiusmodi ætatem perficiens à prędictis dispositionib. ad aliam dispositionem mutatur. Alij uero dixerunt, q̃d cum Luna significet annos nutribiles: Sunt autem medij anni eius xxxix & dimidius accipitur decima pars ipsorum quę est quatuor prope. Accipiunt autem quatuor tanquam decimam partem existentem de quadraginta, & minorem proportionem, ad eundem numerum obseruantem. Nam si decimam minorum annorum eiusdem partem accepissent, essent utique anni duo & dimidius, sed non uidemus illo tempore puerum mutatum ab una dispositione ad aliam decimam partem maiorum annorum, ipsius accepissent: essent utique xl anni propè. Sed manifestè uidemus puerum ante tempus huius moræ transpositum & mutatum. Deinde assumit secundam ætatem Mercurius & gubernat eam per annos x. uidelicet dimidios annos minoris suæ periodi. medietas enim eius est, proprie minorum habitudo & maiorum. Manifestum est igitur, quia per tot annos transit homo ab aliqua dispositione ad aliam. Notum est autem Mercurium ætatem huiusmodi gubernare, propter proximitatem Lunæ sibi suppositæ, & pro eo quod in eodem tempore ingenij acumen, & intellectus humanę naturæ apparet, discretio etiam inter res & doctrinæ atque disciplinæ initium, finis uero ipsius est pueritis ætatis. Tertiam autem accipit Venus, & gubernat eam per annos viij, secũdum minorem suam periodum, & hæc ætas est initium adolescentiæ. Sumpta uero est ad gubernandam ætatem pro eo quod Veneris circulus superior est Mercurio & proximus est eidem, & propter hoc mouetur appetitus ex tunc & intolerabilis fit impetus eius ad coitũ. Quartam uero ætatem disponit Sol per annos xix. secundum minorem eius periodum. Pręest quidem circulus eius circulo Veneris cui est proximus, tunc enim uidemus hominem exaltationem & gloriam diligere & ad meliorẽ dispositionẽ trãsire, & à ludis, ad sollicitudines & opprimere Venereas uoluptates & quẽadmodũ inter superiores & inferiores Pla-

...tempore ...rnatio- ...planeta- ...in uita ...ana.

2008 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA

res Planetas eſt medius ſimili modo & huius ætas media eſt inter ſenilem & puerilem, & finis eius finis eſt iuuenilis ætatis. Deinde aſſumit quintam ætatem Mars, & gubernat eã per annos xv. Iuxta minorũ annorum ſuorum periodum, & initium huius ætatis eſt initium conſtantis ætatis. Mars enim ſolari circulo proximè ſuperpoſitus eſt. & propterea homines in huiuſmodi ætate fiunt exercitati & decertãt in mundo & curis atq; ſollicitudinibus implicantur & laboribꝰ. cogitationibus, doloribus & faſtidijs affliguntur, multas etiam uoluptates atq; delectationes relinquunt. Deinde aſſumit ſextam ętatem Iupiter & diſponit eam per annos xij ſecundum minorum annorum ſuorum periodũ, ſuppoſitus proximè Marti, & eſt huius ætas ſenilis, & ideo homines plures labores & fatigationes atq; certamina & fallacias relinquunt, habẽtes ſollicitudinem de bonis & probis actibus & cogitationem de ilætate. lo mundo. & beneficijs in huiuſmudi † utuntur. Poſtea ſeptimam ætatem ſumit Saturnus & diſponit eam uſque ad ultimam diem uitæ, ſuppoſitus proximè Ioui & propterea homines in ætate ipſa deficiunt & debilitantur, & corporibus deficcãtur, ſunt etiam pigri, queruli, puſillanimi, natura eos quodammodo relinquente & auerſante. Itaq; ſperare deſinunt, deſiderijs ſuis priuantur & ægritudinibus deprimuntur.

DE DISPOSITIONE PLANEtarum in Natiuitate & in Reuolutione. Cap. VIII.

IN ſeptem igitur ætatibus, quilibet Planeta ſuam operationem oſtendit ſecũdum diſpoſitionem, quam habet in natiuitatis initiò, & ſecundum eam quam in ætatis gubernatione recepit, Si ergo in duobus temporib. fuerit bene diſpoſitus plurimã utilitatem ſignificat. Si autem impeditus, multum indicat detrimenti. Si uerò duo tempora diſſonãt. natiuitatis † quorum & gubernationis: moderata erit & utilitas & diſpendium. Si quis autem nondum ad ſenectutem perueniet ut trãſeat annos planetarum, morietur certè tempore gubernationis illius planetæ in ætate cuius applicuit.

videlicet & reuolutionis.

Quidam uero dixerũt: quod Saturnus ſeptimam ætatem gubernet per annos xxx, quos ſi natus tranſierit iterum gubernatur à Luna. Debilis enim & humidus & parũ commedẽs & ocioſus ac immobilis fit. Deinde à Mercurio, & ordinatim ſicut prædiximus ab alijs gubernatur Planetis. Sciẽdum eſt igitur quod licet gubernatio ſeu diſpoſitio reſtituat ad Lunam. non tamen natus habebit eadem quæ habuit in prima ætate. Non enim lactabit, neq; lacte nutrietur. In prima quidem ætatum periodo recipiebat operationes ſtellarum ſecundum quod ætati cuilibet competebat. In ultima uero reſtitutione non ſic, ſed infirmæ ac debiles operationes planetarum deſcendunt. Alij uerò alio modo conſiderabãt ætates per vij uidelicet planetas ætates ſingulas diuidẽtes ſicut facimus in Ferdaria. Nos uerò dicimus quod per modum illum nõ oportet tractare, hoc pro eo quod anni Ferdarij aſſumpti fuerunt per modum quem planetæ inter ſe communicant. Ordinati enim fuerunt anni Ferdarij ſecundum ordinem exaltationum planetarum, quas habent in ſignis. hi uero anni ſecundum receptionem uniuscuiusq; Planetæ ad unamquamq; Planetæ ætatem. Et ideo quando natus ad aliquam ætatem peruenit, à ſola ſtella cui natura ipſius ætatis competit gubernatur.

DE HIS QVE OPORTET præſcire Aſtrologum. Cap. VIIII.

OPortet Aſtrologum antequam diffiniat aliquid de effectibus euentum reuolutionis annorum, præſcire iſta quatuor. Primo in qua ætate de ætatib. Planetarum ſit ille cuius eſt Reuolutio. Secundo cuius ordinis uel gradus hominum ſit. Tertio habitudines & qualitates ipſius. Quarto aliqua de rebus ſeu facultatibus ſuis. Et primo quidem oportet ſcire quod annorũ eſt natus, hoc enim cognito. & ætas eius & à qua ſtella gubernatur cognoſcitur. Dicimus enim quod ideo annos nati oportet præſcire Aſtrologum, quia omnes imperiti. cum feſſi ac remiſsi fuerint ad comprehenſionem alicuius ſcientiæ, intendunt annihilare

2008 Ministerio de Cultura

annihilare ac detrahere illi sciẽtiæ, ut uideant nõ ꝓpter imbecillitatẽ naturæ suæ ipsa priuari, sed eò ꝙ sciẽtia ipsa fallibilis sit & inutilis, & propter hoc conant mo dis omnib. imponere uerborũ argutijs et detrahere adeũtib. scientiã ipsam, ꝙdã. n. eorũ figuras deferũt reuolutiõis annorũ infantis, uel senis decrepiti, & ostendũt ipsas astrologis, & eos interrogãt de aliꝙ bus operationibus stellarũ quas huiusmodi ætates non capiunt, ad hoc quod possint scientiæ detrahere, & ideo necessarium est prænoscere annum. Oportet etiam nos scire & ea que sunt de secundo capitulo, quoniam 4. sunt ordines hominum. Primus quidem Regum, secundus nobilium, tertius mediorũ & quartus pauperum. Plures enim qui de scientia obloquuntur peralogizant eloquentes, ostendẽtes ei reuolutionem anni regis, & non dicunt, quod reuolutio Regis est. Illi uero ignorantes cuius ordinis hominum sit, non tanquã de Rege diffiniunt, Sed quemadmodũ de aliquo Idio
iij. ta, de quo detractores prędicti sumunt materiam huiusmodi scientiæ detrahendi. Regis etenim Reuolutio qñ est bona significat obtentum contra reliquos reges hostes, depredationẽ etiam ac depopulationem castrorum & ciuitatũ, & climatum & thesaurorum accumulationẽ. Quando uero est alicuius reuolutio de cõmunionib. indicat contra inimicos obtentũ & regis erga eum prouisionẽ & eminentiã super eos qui sunt similis gradus sibi. Tertium Capitulũ est scire operationes, quarũ est perceptibilis ille cuius est reuolutio. Hoc aũt ideo expedit præscire astrologum, ne fortè reuolutionem eunuchi ostendentẽ filiorum procreationẽ inueniẽs, diffiniat tale aliquid. & ridiculosus nõ immerito uideatur. Initiũ em̃ natiuitatis significat eundẽ Eunuchũ esse & sine filijs, qualiter ergo poterit in aliquo tempore pater fieri qui semel his per figurã natiuitatis est priuatus. Similiter si aliquando nos contigerit inuenire alicuius reuolutionẽ, significantem plurimorũ filiorũ procreationẽ, non dicimus ipsum generare propter duas causas: unã qñ stella quę gubernat ętatẽ ipsius, nõ significat potentiã procreãdi. Alia uero ꝙ natura eius nõ est capax significationũ stellarũ. Si aliquis em̃ reuolutionẽ fecerit mortui, & inuenerit significationes aliquas per figuras: nihil eidẽ euenerit, eoꝙ impotẽs est ad perceptionẽ ipsarũ. Oportet aũt distinguere diffinitionẽ euentuũ, & scribere id ꝙ stellæ significãt & pronũciare tali prouenire hoc & hoc si ipse in ætate cõsistit susceptiua eorũdẽ euentuũ. ꝙd si nõ fuerit susceptibilis, dicimus ꝙd stellę uniuersaliter indicãt hoc et hoc. et si natura istiꝰ hominis susceptibilis taliũ fuerit. Ipsa poterũt ei utiqꝫ pro uenire. Quartũ capitulũ est scire substãtiam & esse illius cuius est reuolutio, ut iudiciũ personæ cõueniat. Dicimus .n. de nõ habẽte diuitias, ꝙ acquiret. De habẽte uero, ꝙd augebunt eius diuitię, et si habet ꝙdẽ fratres, figuris natiuitatẽ fratrẽ significantib. dicimus additũ esse
iiij. in fratrib. & si non habet, dicimus ꝙd fient sibi fratres. Similiter & de ꝑdijs & dignitatib. & similib. Nõ. n. diffinit de nõ habẽte possessiones, ꝙ destruent̃ possessiones ipsiꝰ, uel de nõ habẽte, puẽtus, ꝙ prouẽtꝰ sui diminutionẽ habebũt. Quidã uero dicũt, ꝙ si figurę significãt alicui obitũ parẽtũ, & ipse nõ habet, morient̃ aliꝙ senes in domo sua. In principio. n. natiuitatis cũ figurę significauerũt aliquẽ nõ posse filios procreare, & in reuolutiõis tẽpore figura proueniet procreãdi, certe nõ ꝑcreat, sed facit aliquãdo filiũ adoptiuũ, et si nõ habet bona stabilia, & figuræ significauerint erectionẽ seu reparationẽ rerũ stabiliũ, erit hoc alicui per manus ipsius. Itẽ si significauerit figura cuidã cõiugiũ, initio natiuitatis negãte, & cũ figura reuolutionis mõstrabit cõtrariũ. Idẽ habebit sine nuptijs. i. aliꝙ cõcubinã. Et si significauerit figura reuolutionis alicui familiaritatẽ cũ regib. nõ ostẽdẽs tale aliqd natiuitatis initio: cũ magnatib. cõuersionẽ habebit. Oportet etiã scire Astrologũ uiri ne an mulieris reuolutio ut iuxta uniuscuiusꝙ naturã diffiniat, & nõ solũ hoc, sed etiã esse & ꝙlitates eorũ, multotiẽs. n. & mulieres in ciuitatib. dominãtur, & ideo accidẽtia hominũ tẽpore reuolutionis ꝑscire oportet. Licet. n. e natiuitatib. sciri possint huiusmodi: tñ eorũ v.
cognitio singulis annis difficillima est.
Scit aũt è Reuolutione mortui, filiorum euẽtus, fit. n. ꝙ si secũda relatio post obitũ patris ad filiũ: sicut cognoscunt̃ accidẽtia patris, ex natiuitate filij etiã si mortuꝰ est.

Fortasse è defuncto aliquid colligi potest, de eius fama, opibus, literis &c.

Cæco uisus eripi nõn potest.

2008 Ministerio de Cultura

INCIPIT LIBER SECVNDVS HERMETIS DE Reuolutionibus natiuitatum.

DE NVMERO SIGNIFICATORVM anni: Caput primum.

CIendum est, quod annus diuiditur in mẽses, dies & horas, & cuilibet horũ significatores sunt plures & planetę ꝑ diuersitate dispositionũ suarũ significat temporib. singulis diuersos effectus. & hi quidem in reuolutiõe significant anni generaliter qualitatem, hi uero quandã magis propriã significationẽ habẽt in aliq̃ particulari tẽpore anni per ingressiones eorũ ad signa quę indicant intensiones ac remissiones bonorũ siue malorũ. Alij uerò significãt, reuolutionẽ mẽsiũ & dierũ & est significatio ipsa particularis. Significatores aũt totiꝰ anni sunt xix. Et prius quidem est signũ profectionis & dominus eius. Secũdus status diuisionis & diuisor. Tertius qui cõparticipat ei. Quartus stella cui cõpetit Fardaria & q̃ participat ei. Quintus † Defectus uel dñs orbis. Sextus horoscopus reuolutionis anni & dñs eius. Septimus Luna & Planetæ quo cõiungũtur cũ ea existente in signo in quo est. Si uerò fuerit cursu uacua sumit dñs signi in q̃ est. Octauus Ingressio uel aduẽtus Planetarũ in loca eorũ secundũ natiuitatẽ, et ingressio eorũdẽ ad inuicem. Nonus dñs anni secundũ significationẽ loci in quo est. Decim. loca planetarũ à domib. suis, in alio * roratus & loca domorũ suarũ ab eis. Vndec. Periodus uel orbis stellarũ & duodecim annorũ. Duodecim. qñ cõtingit signũ profectiõis, uel horoscopus reuolutionis eius in aliq̃ loco planetę secundũ natiuitatẽ. Tertiusdecim. euẽtus signi profectionis, aut ascendens reuolutiõis in locis planetarũ natiuitatis. Quartusdecim. ꝙ planeta sit in natiuitate in aliq̃ loco & in reuolutione in alio. Quintusdecim. planetarũ cõiunctiones ad inuicem. Sextusdecim. significationes planetæ trãseuntis de loco ad locũ ꝑ totum annum. Septimusdecim. significationes planetarũ cõtingentiũ in aliquo signorũ anni. Octauusdecim. Significationes ascendentis & descendẽtis, scilicet capitis draconis & caudę. Hę sunt significatiões reuolut. natiuit. & primus q̃dem fortior est secũdo, & secũdus tertio. Oportuit. narationes eorũ cõponere ordinatim: sed causa insignis doctrinæ & cõsequentiæ sermonis, quãdoq̃ ꝑponunt posteriora priorib. & priora posteriorib. postponũtur. Habet igit singula ꝑdictorũ propriã quandã significationem, pluries aũt & quasdã alias significationes, & quãq̃ eãdẽ significationẽ habent q̃ & domini mẽsiũ. Quidã uero Astrologi uolentes ꝑscrutari reuolutionẽ annorũ faciũt directionẽ ipsorũ omniũ & resoluunt in dies menses, & horas. Hi aũt fallibiliter tractabãt huiusmodi, pro eo ꝙ significationes ipsę nõ permanent. Sed oportet cõstituere horoscopũ mensis, & describere planetas et radiatiões ipsorũ, et duodenas particulas et sortes et secundũ eas significationes euentuũ diffinire, planetis tam natiuitatis q̃ reuolutionis assumptis. Si ei unus planeta accidẽtia hominis uno modo indicasset, esset utiq̃, omnis habitus et dispositio et motus ipsius secundũ illius stellæ naturã. Sed quia plures sunt q̃ significant contingentia hominib. ideo diuersæ eis eueniunt passiones.

profectus. ὁ δ' ἐπιπων

rotatus.

DE SIGNIFICATIONIBVS animæ & corporis ex reuolutionibus. Caput II.

SIgnificatiões ꝑdictas accipimus alias quidẽ super passionib. animę, alias sup̃ habitudinib. corporis, et alias sup̃ dispositionibus et motibus et operibus hominis per omne tempus. Et primo quidẽ in reuolutionib. oportet cõsiderare, animi dispositio-

2008 Ministerio de Cultura

dispositionem & corporis. & eorũ contẽperantiam quandam & consonantiã. Deinde reliquas dispositiones ipsius per totũ annũ reuolutionis. Sunt em̃ significatores esse corporis quinq; Primus quidẽ signũ profectionis. Secũdus terminus q̃ puenit directio horoscopi. Tertius terminus in quo Aphetę (quẽ Persę uocãt, Hyleg) peruenit directio. Quartus, Luna. Quintus horoscopus reuolutiõis anni. Qui uero significant esse animę sunt octo. Primus, Dominꝰ anni, Secũdus dominus termini in q̃ peruenit ab horoscopo directio, Tertius, Dominꝰ termini in quo puenit Aphetę directio. Quartus, q̃ cõmunicat & cõparticipat eis per corpꝰ aut aspectũ. Quintus, Dominus † Fedariæ. Sextus, dominus periodi. Septimus Planeta q̃ recipit cõiunctionẽ Lunę, uel planeta qui recipit cõiunctionem domini domus suæ. Octauus, Dñs horoscopi reuolutionis anni. Quãdo igit̃ significatores p̃dicti aut oẽs, aut plures eorũ secundũ cœlestem dispositionem, in bonis locis existũt & sunt expediti à malis. Significãt corporis & animæ cõcordiã & eorũ bonã habitudinem & diuturnitatem. Reliquæ uero significatiuæ figuræ motus & operationes significant, q̃ si aliquo tempore signabũt de esse animæ siue corporis, significatio illa non erit principalis, sed secundũ accidens. Prædictę uero figuræ tantũmodo significãt ea quæ sunt secundũ corpus & animam & consonantiam eorum ad inuicem, & cũ his etiam omnes reliquas dispositiones & motus. Veruntamen principalis & propria eorũ significatio est de anima quoq; et corpore & non est inuenire in aliquo de significantib. reliquas huiusmodi significationes quas ipsi significant.

† Fedaria & Fedaria, pro Alfeda- ut sepe in nec codice le gitur.

DE SIGNO REVOLVTIONIS & Domino eius. Cap. III.

OPortet in reuocatione annorũ aspicere natiuitatis horoscopũ, & computare signũ unũ pro quolibet anno, & in quo applicuerit, illud erit signum profectionis, cuius dominus erit dominus anni, qui Persicè dicit̃ Salchodac. Deinde aspicere signum ipsum q̃m locum in natiuitatis initio possidebat, utrum erat ex 4. angulis, aut de succedentibus uel cadentibus, & cuius quidem est domus, cuius aũt exaltatio, cuius uero triplicitas & utrum bonũ uel malũ & si quis planeta erat in eo natiuitatis initio, aut sors aut duodena particula, & de his si quis signũ ipsum aspiciebat, uel à septem locis radios proijciebat, & à quo signo uel gradu ipsum inspiciebat, utrũ à consonãtib. sibi signis uel discordãtib. de his quæ sunt multarum ascensionũ, uel paucarũ directè ascendentiũ uel de his quæ sunt unius anguli, & utrũ à splendidis gradibus est aspectus, uel ab umbrosis & tenebrosis, à fortunatis uel infortunatis, uel in quo termino applicuit radius, et in q̃ decano et in qua nouena particula, et in quo gradu utrum lucido, umbroso, uel tenebroso. Deinde aspicere oportet signum profectionis, utrum in natiuitatis initio erat cadens ab angulo et non inspiciebatur à radijs stellarum. Deinde considera si est in eodem signo planeta per reuolutionem, uel planetę radius, aut duodena particula, et si spectatur ab aliquo uel nullum aspicit, et si spectatur ab aliquibus uel ab omnibus, et de quib. partibus aspicientes stellæ quo erant in natiuitatis initio, et quo erant per transitum, et qualiter in initio fuerant, qualiter uero in transitu reuolutionis constitũt. Sciendũ est quoq; uniuscuiusq; dispositionem, et maximè dispositionẽ domini anni, sicut prędiximus. Si ergo signũ profectionis tam in natiuitate q̃ in reuolutione fuerit expeditũ, eritq; dominus eius in utraq; figura directus, et in sua condi tione, siue sit ipsa diurna siue nocturna, et in loco in quo habeat aliquas dignitates, fortis etiã existẽs per se similiter & q̃ aspiciunt eum stellę. In bono quoq; loco locatus tam ab horoscopo natiuitatis q̃ à signo profectionis, q̃ etiam ab horoscopo reuolutionis: tunc significat ei cuius est reuolutio salutem corporis, locunditatẽ et bonitatẽ in illis rebꝰ uidelicet quarũ significator dominus anni et coadiuuantes eũ stellæ tam in natiuitatis initio q̃ in reuolutiõe, uidelicet in diuitijs, dignitatibus, gloria, acquisitione rerũ stabilium, filiorum acquisitione, acquisitione seruorum, et delectatione mulierum secundum complexiones stellarum et domorum

2008 Ministerio de Cultura

morum in quibus ſunt. Si uero dominus anni in horoſcopo quidem natiuitatis ſit expeditus et bonus: in reuolutione uero impeditus ſeu malus, iterum ſi ſit ipſe retrogradus, ſiue ſub radijs, ſeu ꝙ in alieno loco cõtingit, uel ꝙ ſit occidentalis, ſeu ꝙ cõiungeť per corpus uel aſpectũ maleuolis, aut ꝙ extra conditionẽ ſuã exiſtit atq; ſimilia: ſignificat quod in illo anno erũt operatiões ipſius obſcurę, debiles ac infirmę, iuxta proportionẽ infortunij cõtingentis ſibi à diſpoſitionib. ſupradictis. Itẽ ſi dominus anni in natiuitate quidem impeditus fuerit. In reuolutione uero bene diſpoſitus, ſignificat moderatum bonũ ei cuius eſt reuolutio, & renouabunť ei lætitiæ, magis etenim eſt potentia domini anni ad annuos euentus. Si uerò dominus anni & in natiuitatis principio & in reuolutiõe anni fuerit impeditus, intenſionẽ ſecundũ ꝓpriã ſignificationem indicat læſionis. Cũ his etiam aſpicias dominum anni in quo loco eſt, tam in figura initij, q̃ꝫ in reuolutionis figura, utrum ſit expeditus aut impeditus. Si uerò in duobus temporib. in bonis locis fuerit expeditus obtentũ bonorũ & utilitatem ſignificat. Si aũt in utraq; figura bene diſpoſitus fuerit, non tamen configuratur beneuolis, ſignificat quod obtinebit quidem bona, minorabuntur uero & minuentur paulatim. Item. Si in utraq; figura fuerit impeditus & cadens ab angulo, configuratur uerò quibuſdam beneuolis, ſignificat in uentionem quidem bonorum & minimam utilitatem, in rebus paruis, tum & uilibus. Item ſi dominus anni fuerit impeditus a malis in duobus temporibus, & in natiuitate exiſtens quidem in angulo ab aliquo planeta maleuolo à quadrato uel oppoſito fuerit impeditus, aduerſitates, pericula, & delicta manifeſta in illo anno ſignificat. Si uerò maleuolus ipſe ſub radios Solis uadit uel retrogradat, ſignificat quod neceſſitas irrationabilis irruet in eum ab aliqua re & ſi in duobus temporibus fuerit impeditus in angulos maiores, amplius aduerſitates ſignificat. Si uerò dominus anni in duobus temporibus non erit in angulo, ſed eſt impeditus & horoſcopũ aſpicit, minuetur malũ & non erit famoſum & publicum, ſed cõſanguineis aut familiaribus ſuis notum. Sed ſi in aliquo de 4. locis quę horoſcopum non aſpiciunt fuerit, in 2. uidelicet 6. 8. uel 12. erit huius delictum clandeſtinum & occultum & incognitum uniuerſis. Et ſi ut dictum eſt remotus fuerit ab horoſcopo, ſpectatur tamen ab aliquo planeta, in angulo exiſtente, delictum ipſum poſtquam aliq̃d per tempus occultum fuerit apparebit. Si uerò coniungitur ſtellę in angulo exiſtenti, ipſe cuius eſt reuolutio, publicabit delictum ſuum. Conſiderandæ ſunt etiam cõiunctiones domini anni ad ſtellas radij quidem & duodenæ particulæ & ſic poſtea poterit ſecurius diffinire.

DE SATVRNO QANDO EST dominus anni & eſt fortunatus. Cap. 1111.

SAturnus quidem eſt natura maleuolus & corruptor. Iupiter autem natura beneuolus & bonorum ſignificator. Sed multotiẽs accidit quod maleuolus proſperitatem ſignificat, beneuolus uerò aduerſitatẽ, & diuerſas diſpoſitiones eorum, & maleuolus quidem maľe diſpoſitus, tum propter ſuam naturam, tũ etiam propter cõtrariam diſpoſitionem detrimenta indicat & iacturas, & ſi configuratus fuerit alteri planetæ & ipſi maľe diſpoſito nocumentum eius amplius extendetur, ſed ſi planeta ipſe fuerit bonum, diſpoſitus per trinum uel ſextilem aſpectũ aſpiciens non nocebit, ſed & bene ſignificat. Et beneuolus quando eſt maľe diſpoſitus, & eſt debilis, debilitãtur & ſignificationes ſuæ. Si uerò ſic ſe habẽtem aſpexerit, maleuolus, recipiet ab eodem maleuolo operationem malorum & operabitur beneuolus operationem maleuoli. Saturnus quidem quando eſt maľe diſpoſitus & configuratur ei Iupiter, uel aliqui de beneuolis. minuitur malitia eius, Igitur Saturnus cum fuerit dominus anni & ſecundum natiuitatem & ſecundum reuolutionem orientalis exiſtens & rectus in domo propria conditione uel exaltatione in locis quibus habuerit dignitatẽ & in aliquo loco amicorum & cooperatorum ſuorum & in bono loco ex diuiſione domorũ & in ꝓpria conditione

2008 Ministerio de Cultura

cõditione facit eum cuius est reuolutio, procuratorem utilium rerũ & prosperã tem in eis, fortem & durabilem & maximè negotiosum. in terrarũ & uillarum cura, & in ædificijs & acquisitionibus eorundem, nec non in domorũ erectionib. & in aquarum deriuationibus & arborum plantationibus. Si uero est de regibus aut principibus, & Saturnus fuerit, sic dispositus aspiciens per trinũ in natiuitatis initio Iouẽ, significat ꝙ in illo anno ædificabit ciuitates, & fabricabit palatia & circumuallabit ea & eleuabit muros & renouabit hortos, & faciet aquæductus & fodiet riuulos & corrupta & uetera renouabit. Si autem in initio Iouem per trinum non aspicit, sed per sextilem, minora erunt huiusmodi. Et si Iupiter per reuolutionem à trino uel sexti li Saturnum aspexerit, aspiciebat etiam ipsum sic in initio, significat cum prædictis, quod honorabilis erit & alacer & quod acquiret multas diuitias & regnabit, & de omnibus suis operibus utilitatem habebit, filium etiam procreabit & erit in suo filio lętabundus. Item si Saturnus tam in natiuitatis initio quam in reuolutione in signis Regijs fuerit Iouem aspiciens, ille cuius est reuolutio tractabit opera regia in eodem anno, id ipsum significat & si lam coniungitur. Oportet autem cum his obseruare in utraque figura radios & sortes & duodenas particulas & in quibus horum consistit saturnus & quem horum aspicit in duobus temporibus, nam & huiusmodi habent significationes. Saturnus enim cum in loco in quo est habet aliquam dignitatem, uel dominetur domui in quam ceciderit sors fortunę, uel aspiciet sortem à signo in quo habet dignitatem, proueniet ei utilitas ab aliqua parte nota, uel a quodam amico suo. Si uero in alieno loco contingeret, fiet utilitas ab aliena parte. Item cum Saturnus fuerit dominus anni, & tam ipse quam Mars fuerint fortunati tam secundum natiuitatem, quam secundum reuolutionem, aspexerit autẽ Mars ipsum à trino uel sextili aspectu & receperint se ad inuicem, erit in illo anno cuius est reuolutio res utiles tractaturus, & augmentabuntur diuitiæ suæ ac gloria, & notitiam habebit cum Regibus & gratulabitur fratribus & procellus sui prosperè sibi succedent. Si uero cõiunctus fuerit ei Mars in duobus temporibus & ambo fuerint fortunati, erit in illo anno cuius est reuolutio benè se habens. aptus etiam in consilijs, & cum solertia in rebus se intromittens, & negocia erunt sibi facilia, erit itaque liberalis & faciet multas expensas. Item cum Saturnus fuerit dominus anni & tam ipse quam Sol in duobus temporibus, fuerint fortunati. Sole aspiciente Saturnum à sextili aspectu significat in illo anno augmentum honoris & patris utilitatem, & à regibus commodum. Si uero Sol ipsum aspexerit per trinum. Saturno incipiente retrogradari, minor erit utilitas. Idem erit si uno de duobus tẽporibus aspexerit ipsum Sol. Item cum Saturnus fuerit dominus anni & tam ipse quam Venus in duobus temporibus fuerint expediti, et configurata fuerit ei Venus in duobus temporib. à trino uel sextili aspectu fortunaturq; et sors coniugij: delectabitur in illo anno in mulieribus, et curam habebit de ornatu et puritate, et copiosę erunt suæ diuitiæ, diliget etiam picturas et decorem in domibus. Si uero in uno tempore tantum fuerint sic dispositi, non ualde immoderata bona sibi contingent. Quidam etiam uilipendent et redarguent eum, et tristabitur pro mulieribus et effeminatis uiris, et cum difficultate tractabit uenerea, et aliqua de uxoribus suis contristabitur. et corrumpetur aliquid de mobili substantia sua † uel de unguentis suis et in media iucunditate contristabitur, et in medio ludo scandalizabitur. *de unguẽtis.* Item cum Saturnus fuerit dominus anni et tam ipse quam Mercurius in duobus temporibus fuerint expediti, et configuratur ei Mercurius per trinum uel sextilem aspectum et recipit alter alterum, sunt autem sors seruorum et sors filiorum, et sors operis simul cum dominis suis benè dispositæ, honoratus et constans erit, et studebit circa lectionem scripturarũ, et computos et disciplinas, et gratulabitur super filijs et seruis. Si uero coniungitur ei Mercurius in duobus tempori-

2008 Ministerio de Cultura

bus,erit in illo anno ingenij facũdiſſimi. Si uero in uno de temporibus ſic ſe habent,minuuntur omnia ſupradicta.Item cum Saturnus fuerit dominus anni & tam ipſe quam Luna fuerint in duobus temporibus expediti & aſpexerit eam per trinum uel ſextilem in duobus temporibus & Lunã contigerit eſſe luminibus & numeris auctam,augmentabuntur in illo anno diuitiæ ſuæ, & gloria & adhærebit regibus & à multis laudabitur, & lætabitur in matribus & in mulieribus. Si uerò aſpexerit tantum in uno de duobus temporibus, uel fuerint impediti, omnia quæ prædiximus minuentur.

DE SIGNIFICATIONIBVS Saturni, quando eſt Dominus anni & fuerit mali eſſe. Cap. quintum.

QVando eſt ſaturnus dominus anni & impeditus tam in natiuitate quã in reuolutione & eſt cadens ab angulo, & in loco malo & in alieno ſigno & ſub radijs uel retrogradus, & maxime ſi fuerit in deſcenſione ſua, non adiutus à Ioue per aſpectum, ſiue per conuenientiam ſignorum quæ eſt ęqualis potentiæ, & ſi reuolutio eſt nocturna, & ipſe fuerit ſuper trinum ſiue in ſeptimo loco,ſiue in medio Cœli. Vel ſi reuolutio eſt diurna & ipſe inuenietur ſub terra & maximè in angulo terræ, ſignificat in illo anno detrimentum de ſenioribus domus & in parentibus & in auis, & ſi ſignum eſt maſculinum erit uiris periculum, ſi uerò fœmininum, in mulieribus, & ſi eſt in ſigno bicorporeo in utríſque, cum his indicat quod is cuius eſt reuolutio ſuſtinebit magna pericula & ægritudines prolixas ab humiditate & rigore & febribus,& tremore corporis,& dyſuria & melancolicis morbis & trecticis & ſimilibus.Significat etiam detrimentum in rebus ſtabilibus & in diuitijs, & in agris & aquis & in omni ſubſtantia tam mobili quam immobili, & otium in rebus tractandis, & difficultatem in rebus obtentis, habebit etiam familiaritatem cum auaris hominib. & dolores, & maximè ſi retrogradatur. Si uerò Saturnus ſic ſe habens in alieno ſigno fuerit, patietur hoc in aliena terra, & ſi Saturnus fuerit in amicabili loco, ſuſtinebit hoc ab amicis, & ſi dominus domus ſuæ aſpexerit eũ in natiuitate, patiet hoc à ueteri inimico. Si autem tam in natiuitate quam in reuolutione eum aſpexerit,ab utríſq; lædetur, & in tribus modis quos diximus erit inimicus ei precognitus. Si uerò Saturnus in duobus temporibus ſub radijs ſolaribus fuerit, ſignificat in illo anno contentiones & timores à prępoſitis dignitatũ, morbum etiam in loco occulto, & detrimentum à parentibus & auis & ſenibus, ſecundum naturalem Saturni proprietatem, & ſi ſol fuerit fortior intenſionem recipient detrimenta, ſi uerò debilior minuentur. Et ſi idem tali modo mali diſpoſitus eſt in coniunctione cuiuſdam ſtellæ uel radij, aut ſortis, uel duodenæ particulæ, uel aſpicit eas ſiue in natiuitate, ſiue in reuolutione aſpectu contrario corruptionem & deſolationem illius ſpeciei ſignificat. Saturnus quidem ali quando ſignificabit contrarium cum eſt reuolutio diurna,pro eo quod eſt in ſua conditione citius mala prouenient, ſed diſſoluentur, & erit modicum nocumẽtum. Item cum Saturnus fuerit dominus anni & tam ipſe quam Iupiter fuerint in duobus temporibus impediti, aſpicit autem ipſum per ſextilem aſpectũ uel trinum in loco malo exiſtens:ſignificat in illo anno deſtructionem cuiuſdã domus ſuę uel poſſeſſionis,& perditionem partis diuitiarum, & ignobilitatem & circa expedientia negligentiam.Si uerò in duobus temporibus ipſum aſpexerit per quadratum, & ambo fuerint impediti, ſignificat diminutionem diuitiarum in illo anno,& difficultatem in omnibus rebus tractandis, periclitabuntur etiam parentes ſui. Item ſi Iupiter aſpexerit Saturnum in duobus temporibus, per oppoſitum & ambo fuerint impediti, habebit in illo anno difficultatem in omnibus negocijs ſuis,& triſtitiam habebit pro filijs, & ſi in duobus temporibus coniungitur perditionem diuitiarum ac contentiones & detrimentum ſignificat. Si uero tam coniunctio quam aſpectus in uno tempore fuerit euenient mala

2008 Ministerio de Cultura

mala huiuſmodi leniora. Item cum Saturnus fuerit dominus anni, & tam ipſe quam Mars in duobus temporibus fuerint impediti & configurati adinuicem quocũque aſpectu, & ſint ambo in ſignis ſimilitudinis hominum: ſignificat ei cuius eſt reuolutio in eodem anno periculà fieri & detentionem ab inimicis, uel ab aliquo duce exercitus, & in fratribus contriſtabitur, ſin autem ex trino uel ſextili Mars Saturnum aſpexerit in duobus temporibus & ambo fuerint impediti, indicat in illo anno deſiderium (uel, deſidiam) & mortem fratrum, & paſſiones & magnum periculum ei cuius eſt reuolutio, fratribus etiam ſuis. Si uero Mars eum per quadratum aſpexerit in duobus temporibus & ſuper eum fuerit eleuatus Saturnus: ægrotabit à febre & frigore, & corrumpetur ſubſtantia patris ſui, & morietur aliquis de fratribus ſuis. Si uero Mars fuerit eleuatus ſuper Saturnum: Inuidebit conſanguineis ſuis, & laborabit egritudine magna, & bona ſua erunt malè diſpoſita. Si uero Mars in duobus temporibus Saturnum aſpexerit per oppoſitum, & ambo fuerint impediti: minuentur illo anno diuitiæ ſuæ & magnas ſuſtinebit iacturas, & ægrotabit, & patietur neceſſitates propter inuidiam et calumniam, et controuerſias habebit cum conſanguineis ſuis, et ſi fuerit in aquatico ſigno periculum erit ab aqua et humidis. Si uero in ſigno quadrupedum, erit periculũ ab ictu uel morſu, aut ueneno, et ſi coniungitur ei Mars in duobus temporibus et ſunt ambo infortunati erit in illo anno ualdè triſtis, et de prauis moribus et malè tractabilis, conatus habens difficiles, maiores etiam fratres ſui lædentur. Si uerò fuerint benè diſpoſiti in duobus temporibus, moderata erunt huiuſmodi mala.

Item cum fuerit Saturnus dominus anni, et tam ipſe quam ſol in duobus temporibus fuerint impediti, et configurati ad inuicem, à qualicunq; figura, ſignificat in illo anno triſtitias et iniurias et calumnias et læſionem patrum et diminutionem diuitiorum. Si autem fuerit cum ſorte patris uel cum domino eius, uel impediuntur ab alijs, indicat læſionẽ in parẽtibus et auunculis, uel qui, cuius eſt reuolutio læditur ab eis uel cauſa eorum. Si uerò ſol aſpexerit eum in duob. tẽporib à trino uel ſextili aſpectu, et ambo fuerint impediti, et maximè exiſtẽte reuolutione nocturna, patiunt læſiones tam ipſe q̃ pater ſuus in illo anno diuerſas. In diuitijs quoq; et dignitate erit diuerſimodè occupatus. Si uero ſol aſpexerit ſaturnum in duobus tẽporib. per quadratum, et ambo fuerint impediti, et ſol fuerit eleuatus, euaneſcent in illo anno quecunq; hæreditauit à parentibus, et ægrotabit ægritudinibus frigidis, et forte ſacram ægritudinem patietur, et* in doloribus et laboribus opprimetur. Si autem ſuper ſolem fuerit ſaturnus eleuatus: patietur triſtitias in quibus deficiet, et in carcerem incidet et captiuabit, et erit in omnibus rebus utilib. otioſus. Et ſi ſol aſpexerit ipſum in duobus temporib. per oppoſitũ, et ambo fuerint impediti, fiet circa ipſum et patrẽ ſuũ chronica paſſio. Si aũt ſaturnus erit ſub radijs in duobus temporib. in illo anno dilapidabit diuitias patris ſui, et in rebus ſuis erit euentus contrarius, et ſi nocturna fuerit reuolutio erit deterius, patientur eñ tã ipſe quã pater ſuus, et fratres multas aduerſitates. Si aũt ſol fuerit in pauciorib. gradibus, peius erit in omnibus.

† Irruet eñ à dignitate ſua et erit prõpt9 ad omnẽ rixã, cõtentionẽ et pugnã. Si uero ſiue cõiunctio ſiue aſpectus in uno, tantũ ſit tẽpore, et non fuerint impediti, minora ei contingent mala Item cum ſaturnus fuerit dñs anni, & tam ipſe q̃ Venus ſimul in duob. tẽporib. impediti fuerint, cõfiguraẽ aũt ei Venus, et impeditur ſors matrimonij, et dñs eius à coniunctione ſiue aſpectu malorũ: patientur mulieres eius multa mala, uel illi occaſione ipſarum erit dãnũ, et erit damnũ in unguẽtis ſuis et indumẽtis et pecunia. Si uero in duobus temporib. per trinũ uel ſextilẽ aſpectũ ipſum aſpexerit, et fuerint impediti cõmorabit in locis immũdis in illo anno et corrumpent eius pecuniæ, et perturbatus erit † in uita et amicabit cũ uilib. uiris et mulierib. et læſiones patiẽt per uiros nobiles et mulieres. Si uero ♀ aſpexerit eũ in duob. tẽporib. p̃ quadratũ

Excidet enim dignitate.

BIBLIOTECA DEL OBSERVATORIO DE S. FERNANDO

2008 Ministerio de Cultura

& ambo fuerint impediti, ♄ ſuper Vene rem eleuato: ille cuius eſt reuolutio, nō gaudebit in illo ann› cum mulierib. ſuis ſed quædā earū læſiōes habebūt, uel rixā habebit cū eis, & diuortiū & ſeparationē. Si aūt Venus ſuper Saturnū fuerit eleua ta: obedient ei mulieres ſuæ & diligent eū & diligētur ab eo. Si uerò Venus aſ- pexerit eum ab oppoſito in duob. tēpori bus & ambo fuerint impediti, erit in illo anno triſtis & modicū alacer, & læſionē patiet̄ à mulierib. uel ægrotabit, uel mo- rietur aliqua de mulieribus ſuis: & ſi cō- iungitur ei Venus in duobus tēporib. et ambo fuerint impediti, concūbet in illo anno cū mulieribus, uel meretricibus, uel uxorem ducet ſterilem, uel tranſgre dietur ab una ad aliam, & nunq̄ ipſas di liget, neq; ipſe diligetur ab eis. Si aūt cō- iungitur ei Venus in uno de duobus tē- poribus, uel cōfigurabitur ei, minora e- runt huiuſmodi. Item cum ♄ fuerit do- minus anni & tam ipſe q̄ Mercurius fu erint in duobus tempor ib. impediti indi cat in illo anno ei cuius eſt reuolutio de trimentū, corruptionem, triſtitias, anxie tates, pænitudines & cogitatiōes pro ſer uis, filijs, ſocijs, & pro reb. quas habebit pr̄ manib. uel patiet̄ hoc ex actione hu- iuſmodi & propter regimē aduerſum et ſtultū. Si uerò aſpexerit ipſū ☿ in duob. tēporib. à trino uel ſextili aſpectu, & am bo fuerint impediti: patiet̄ propter cōpu tos & literas & diſciplinā & diuitias & e- rit iners & negligēs & malè tractabilis & in his quæ ſibi expediunt, deſes. Si uerò ipſum aſpexerit in duobus tēporib. per quadratum & ambo fuerint impediti, e- leuatur aūt ♄ ſuſtinebit mr̄ores & peri cula in uita ſua & in diuitijs & amittet re gimen quod exercet & ſeruiet quibuſ- dam cauſa neceſſitatis, & ſuſtinebit ne- ceſſitates propter ſermones, & dolebit os uel aurem. Si uerò Mercurius eleua- tur, minora erunt mala. Si autem aſpe- xerit per oppoſitū, & ambo fuerint im- pediti in duobus tempor ib. fiet dolor in ore ſuo & lingua & detrimentum habe bit propter uerba, & impediet̄ in actibus ſuis, erit itaque cōplexionis frigidę & mens atq; intellectus eius erunt corru- pti, ægrotabit ex uentoſitate, & triſtabit̄ propter aliquod furtum & ſuſtinebit in commoda ab omnibus, cum quibus cō tendet & interrumpet̄ ſpes ſua, & ſolita, nam amplectetur uitā & triſtabitur pro- pter diuitias & propter aliquas p̄dictas res. Si uerò coniungitur ei Mercurius & fuerint ambo in duobus temporibus impediti ſuſtinebit mœrores diuerſos, et erit piger & timidus in uerbis & rebus, & dominabūtur ei prauæ cogitationes, & habebit mentem turbatam & loquen do non credetur à multis & ægrotabit, et pueri ſui patientur læſionem ac ſerui, & omnem ſpeciem malam ſuſtinebit in il- lo anno. Cum his omnibus ſi coniungit̄ uel cūfiguratur ei Mercurius in uno de duobus temporibus: ſi non fuerint impe diti, minora erunt omnia ſupradicta. Item cum ſaturnus fuerit dominus anni & tā ipſe q̄ Luna fuerint in duobus tempori bus impediti & configurantur ad inui- cem in duobus tempor ib. à quacunq; fi- gura, maximè ſi fuerit in duob. tempori bus & lumine & numeris minima: ſigni- ficat in illo anno corporeas paſſiones & triſtitias cauſa matrum, & propter rumo res ſiniſtros. Si uerò Luna ipſum aſpexe- rit à trino uel ſextili aſpectu, & ambo fue rint impediti, eleuatur autem ſuper eā ſaturnus: in agendis ſuis erit improſpera tus & negligens, & diſperget diuitias pa rentum ſuorum. Si aūt Luna fuerit ele- uata, corruptiones, odium, Iurgia cum quibuſdam habebit, diuitias etiā paren- tū diſperget, & cauſa filiorum triſtabit̄, & ſi Luna tēpore reuolutionis, in ſigno fuerit fœminino, uxor eius cōtra eū in- imicabitur, & quæret læſionem ipſius. Si aūt Luna ipſum aſpexerit per oppoſi tū & ambo fuerint impediti, accidet ęgri tudo parentibus in loco occulto, & con ſumetur ſubſtantia eius, erit etiam malę conſuetudinis & triſtis, & lædet̄ in diui- tijs & opibus ſuis. Si uerò ambo fuerint in ſignis ſimilitudinis hominū, uel ferarū eodē modo diſſinias, ſi fuerint in ſignis quadrupedum, patietur mala in qua- drupedibus. Si uero coniungitur ei Lu na in duob. tempor ib. ambo fuerint im- pediti: matris morbū & infirmitatē ſigni ficat. Et ſi Luna coniungitur uel confi- guratur ei in uno de duobus tempor ib.

& ambo

2008 Ministerio de Cultura

&ambo fuerint expediti, erunt ſupradicta minora. Et hę qdē ſunt ſignificatiōes Saturni quādo eſt domin⁹ anni, & eſt impeditus & in duobus temporib. & confi gurant ei ſtellę beneuolæ uel maleuolę. Si aūt idem fuerit dominus anni expeditus quoq; in duobus temporib. & planeta ipſum aſpexerit impeditus, ſignificatio bonorū minuitur, ſed euenient cū labore, diminutionē uero & laborē ſignificat cum aſpectus fuerit ab oppoſito uel quadrato. Item cum idem fuerit dominus anni, impeditus autem in duobus tē poribus configuratur uero planetæ beneuolo * & ipſe nihilominus fortunat⁹, & ſi aſpect⁹ à trino fuerit uel ſextili multum malum ſignificat tum cum triſtitia & labore. Si autem ſtella ipſum aſpiciēs in uno quidem tempore impedita in alio uero fuerit expedita: de propria ſignificatione, ſiue bona fuerit ſiue mala, aufert, ſed moderatè. Item ſi dominum anni aliquis planeta in natiuitate aſpexerit ab oppoſito uel quadrato, tempore uerò reuolutionis à ſextili uel trino: oportet contemperare ludicia. Quadratus enim aſpectus maiorem uim habet ad nocendum quā trinus: cum trinus ad inimicitias debilior ſit quadrato. Item ſi aſpexerint dominum anni diuerſæ ſtellæ, oportet de ſingulis ſecundum propriā diſpoſitionem & ſignificationem & locum, ſicut prædiximus, diffinire. Coniūctio uero domini cū planetis, & coniunctiones planetarum ad inuicē, ſi fuerint concordes, bona & fœlicitatem ſignificant. Si uero diſcordes, indicant infelicitatem, quantitas & qualitas euentus cognoſcitur ab ipſo domino anni per ſe, & à planetis configuratis uel coniunctis cū eo in locis eorum. ♄ quidem ſi tam in natiuitate q̄ in reuolutione fuerit mali eſſe, ſicut prędiximus: multa faciet incōmoda in illo anno & afflictionem extendit. Si aūt ♄ in reuolutione fuerit quidē mali eſſe, in natiuitate uero bene ſe habeat minuit prauitates. cum hoc autē ſi configurabuntur ei beneuoli: ſimiliter qui reuolutionem habuerit, a periculis eripietur & maxime ipſa natiuitate exiſtente diurna, & Saturno ſuper terrā egredien te. Si uero in natiuitate infortunatus fuerit, fortunatus uerò tēpore reuolutiōis, mediocritatem habebunt mala. Quādo uerò planeta ſignificabit aliquod bonū uel malum ſecundū natiuitatē & idē curſum ſignificabit in reuolutione, erit hoc perfectū & multum, & fortè uel ineuitabile & immutabilè. Itē ſi ſecundū natiuitatem ſignificat aliquid fieri, ſecundū reuolutionē ſignificat idē nō fieri, uel e cō tra. ſecūdū quidē reuolūtionē ſignificat aliqd eſſe, ſecūdū uero natiuitatē nō eſſe: faciat examinationē de duab. ſignificationib. & ſecundū fortiorē diffinias. Si uerò equales fuerint, media erit diffinitio. Igit ſi natiuitatis ſignificatio fortior eſt trāſcēdit medietatē ludicij. Si uero reuolutionis ſignificatio fortior eſt, deſcēdit. Si uero reuolutiō ſola ſignificari aliqd cū debilitate erit modicus & debilis eius euētus aut erit motus ſolūmodo imperfectus. Cū his omnib. ſignificationes reuolutionū uſq; ad annū unū determinant uel uſqueq; ſignificator fuerit fortis. Cū uero Planeta qui cōfigurat dño anni aliquod bonū uel malū ſignificat: tūc oſtēdet propriā ſignificationē, qñ gubernabit aliquā partē temporis anni & maximè quādo aſſociatus fuerit p figurā in illo tempore domino anni, uel ſigno in quo erit dominus anni, ſiue ſecundū natiuitatē ſiue ſecūdū reuolutionē, uel cōfigurabit ſigno reuolutiōis uel horoſcopo, uel dño eius uel dño diſpoſitionis diei. Et hæ quidē ſunt ſignificationes ♄ per ſe, & planetarū qui configurant, aut coniunguntur cū eo. Sunt aūt modi 8. Vnus quidē quando ipſe planeta eſt boni eſſe per ſe. Secūdus quādo eſt mali eſſe. Tertius & quartus quando fortunatur ab aliis planetis: ab aliis uero planetis infortunatur. Sextus quādo per ſe quidem infortunatur, ex eo uero q̄ cōfiguratur planetę beneuolo fortunatur. Septimus quando cōiungitur eidem planetæ. Octauus ſignificationes loci de quo ſtatim dicendum eſt.

DE SIGNIFICATIONE SAturni quando eſt Dominus anni, de locis in quibus eſt. Cap. VI.

QVando eſt dominus anni ♄ & cōtingit ipſū eſſe in duob. tēporib. boni eſſe, in domo propria, uel exaltatione, uel tri-

2008 Ministerio de Cultura

uel triplicitate fuerit q; in angulo ſiue in figura profectiõis, ſiue in figura reuolutionis, ſi cõtigerit angulũ illum eſſe medij cœli, ſignificat quod in illo anno acquirit poſſeſſiones & ædificabit ædificia & fodiet aquæductus: & ſi fuerit in alieno ſigno cõmittent hæc ſibi ab aliena perſona, quẽadmodũ fidei cõmiſſario & procuratori, & laudabit, inueniet lucrũ. Si uero in alieno ſigno & cũ hoc fuerit impeditus, ſed impedimentũ fuerit moderatũ, propter huiuſmodi habebit opprobria. Si aũt immoderatũ, & dãnũ erit tale. Itẽ ſi fuerit dominus anni Saturnus, & fuerit in duobus tẽporib. in loco undecimo uel quinto in bono eſſe, & in propria domo: lętabit in illo anno in ſuis amicis, & cõtrahet cũ aliq̃bus de q̃buſdã rebus, & ædificabit & procurabit uaſa ſiue ſuppellectilẽ. Si uero in alieno fuerit ſigno cõtriſtabit propter filios & amicos, & timeriũ patiet & anguſtiã in ſua ſubſtantia. Si uero cũ hoc fuerit retrograd9, deſtruetur habitaculum eius, & minuent eius diuitię & prouentus: & ſi Mars aſpexerit ipſum aſpectu cõtrario: dãnificabunt diuitię ſuę, & lętabunt inimici eius & triſtabit in filijs. Itẽ ſi Saturnus fuerit domin9 anni & cõtigerit ipſum eſſe in 3. uel in 9. in ꝓpria domo & expeditũ à malis: faciet in ipſo anno ſuꝑ q̃ ſperabit meritũ à deo & in tributione ab aliquo homine in futurũ, & fabricabit fabricas ſibi uel alicui de his quorũ curã habebit, & ibit ad aliq̃ regionẽ cognitã ſibi & laborabit propter ſperatã utilitatem, & curã habebit de cõ ſanguineis & fratribus & extraneis. Et ſi in duobus his locis fuerit, et ipſi fuerint alieni, ſignificat q̃dem huiuſmodi, tũ peregrinabit peregrinatione lõginqua, & utilitatem habebit in ea. Et ſi moderatè fuerit impeditus: de eo cõtrariæ famæ dicent propter fidem et ſectam et in cogitationib. cadet, et in peregrinatione mala patietur, et habebit diſcordias aduerſus conſanguineos et propinquos. Si ergo retrogradus fuerit: turbabitur intellectus eius, et dubitabit de ſecta ſua, et operabitur opus propter quod aliq̃ pſument de eo q̃ ipſius eſt. Si aũt in tali ſtatu exiſtente Saturno aſpexerit eũ et Mars in figura propria: patietur dãnũ à furto uel igne. Itẽ ſi ♄ fuerit dominus anni, exiſtens in duobus tẽporib. in ſecũdo, liber à malis & in propria domo augmẽtabunt diuitię ſuæ in illo anno & erit proſperũ eſſe ſuũ. Si uero in alieno fuerit mali eſſe corrũpent diuitię ſuę ab incurſu aquarũ Item ſi ♄ fuerit dominus anni exiſtens in duobus temporib. in 8. in loco proprio: occaſione mortuorũ utilitatem habebit in illo anno. Si uero fuerit mali eſſe imminuent diuitiæ ſuæ, & contriſtabit pro defunctis. Itẽ ſi idẽ planeta fuerit dominus anni, exiſtens in duob. temporib. in 6 liber à malis patiet ægritudines modicas à frigiditate & humiditate. Si uero fuerit impeditus, indicat deſipientiã & morbos lõgos, & ſi aſpexerit ipſum beneuolus ſanabitur, & iuuabitur à medicinis. Si aũt cum hoc dominus ſexti loci fuerit impeditus: pdent iumenta eius & ſerui eius. Si uerò fuerit expeditus dominus ſexti loci, ægrotabũt q̃dem ſed ſanabunt Item ſi ♄ fuerit dominus anni exiſtens in duobus temporib. in duodecimo loco in domo propria liber à malis obtinebit cõtra inimicos ſuos & amicabit eis & laudabunt eum, tñ non curabit de utilib. uitæ rebus. & ſi in alieno fuerit loco, uel retrogradus, in carcerem uel cuſtodiam incidet & neceſſitatẽ patietur ab inimicis ſuis. Si aũt fuerit mali eſſe, uel cõfiguratur cum Marte figura cõtraria: tormẽtũ & læſionem maximã ſuſtinebit. Item ſi ♄ fuerit dominus anni in uno de iiij loc̃is quę horoſcopum nõ aſpiciunt, in 2 uidelicet in 6. in 8. & 12. & fuerit impeditus: ſignificat otium & deſidiã & deſperationem ſperandarum & uitæ utiliũ rerũ. Si uero cum his in alieno fuerit loco: intentionem habebit malã & neceſſitates ſuſtinebit, & dicent aliqui mala de eo, et accuſabunt eum, et ægrotabit febri a frigiditate et humiditate uel frigiditate et ſiccitate. Si aũt in huiuſmodi locis exiſtens, fuerit orientalis, uel in proprio loco: erit in bonitate, tum erit uagabũdus et otioſus. Item ſi ♄ fuerit in natiuitate in aliq̃ loco et in reuolutione in ipſo loco, ſiue à ſigno profectionis, ſiue à figura reuolutionis anni, ampliorem habebit ſignificationem et certiorem et optabiliorem naturam oſtendet loci et maximè ſi locum

inopiam.

2008 Ministerio de Cultura

maximè si locū aspicit radicalē. si uerò in aliquo quidem loco fuerit in natiuitate, in alio uerò secundū reuolutionē, facias cōmixtionē per methodos quas tibi mō strauī locorū, ut sit tibi certū iudiciū. Eodem igit modo cōsidera & significatiōes reliquorū planetarū a dispositiōe locorū in quib. sint. Nos aūt quemadmodū cōmemorauimus de ♄ & significatiōe sua ppria & cōfiguratione planetarū ad eum uel cōiunctione & dispositiōe locorū: sic mentionē faciemus & de reliqs planetis.

DE SIGNIFICATIONE IOVIS cū fuerit Dominus anni, & fuerit boni esse. Cap. VII.

IVpiter cū fuerit dominus anni & tam in natiuitate q̄ in reuolutiōe fuerit boni esse in illo anno amicabitur Regibus & principib. & erit disponens res suas, et incitatus ad expedientia habens euentū bonū, inq̄ete pmanēs, ppter amicitiā q̄ habebit, augmentabit etiā & cōmendabit à plurib & exercebit dignitatem in patria sua, & si natiuitas significauerit procreationē filiorū habebit filiū in illo anno. nec nō habebit cōmodū & gaudiū à diuersis & acquiret diuitias ex munerib. ab alijs multotiēs aut hæreditabit patrē suū. Si uero is cuius est reuolutio est in dignitate: illo anno dominabit plurib. & acq̄ret q̄ plurima. Si uero fortunę fuerit mediocris, dominabit in illo anno æqualib. suis & lætabitur in rebus diuersis, & lucris et prosperitatib. & maxime si iupiter fuerit in propria domo, uel triplicitate uel termino. Aspicias quoq; & radios & partes & duodenas particulas, quib. cōiungit Iupiter, uel aspicit in duob. tēporib. si em̄ configurat eis aspectu laudabili, indicat utilitates secūdū naturā illorū. Itē si ♃ fuerit dñs anni & tā ipse q̄ ☽, tā in natiuitate q̄ in reuolutione fuerint boni esse & cōfigurat ad inuicē per trinū uel sextilē aspectū, erit ipse cuius est reuolutio in illo anno dominator peritus in rebus agēdis & sedulus in operib. obtinebit aūt & honorē & dignitatē excellentē & utilitatē è dignitate aliqua, & laudabit plebs eum. Si uero cōiungitur ei Mars in duobus temporibus, & ambo fuerint boni esse: in illo anno assumet gradus & dignitatem in propria patria, & erit alacer. Si autem alter eorum fuerit in domo alterius, liber à malis erit, in illo anno potēs, & obtinebit dignitatem. Si uerò in uno uel duobus temporibus coniungitur, configuratur ei Mars, erunt prędicta minora. Item si Iupiter fuerit dominus anni & tam ipse quā sol in duobus temporib. fuerit boni esse et cōfigurantur adinuicē de trino uel sextili aspectu: extēdetur prosperitas in illo anno eius cuius est reuolutio, et in dilatatione uitæ erit, et obtinebit coniugium bonum et bonū filiū. Si aūt per sextilem aspectum sol eum retrogradantem aspexerit: erunt prædicta minora. Si uero Sol ei coniunctus fuerit in duobus tēporib. ut eūdem Iouem contingat esse orientalē: obtinebit dignitatē et diuersas utilitates, et lætabuntur in eo parētes sui, et utilitatē habebunt p eum. Si aūt in uno de temporibus coniungitur ei existenti orientali: erunt minora prædicta. Et si coniungitur ei Sol in duobus temporib. et erit sub radijs, patiet necessitates in illo anno iuxta significatiōes Iouis. Si uero Sol fuerit fortior et fuerit mali esse: maius erit impedimētum, et est timendum ne forte moriatur. Si autem Sol non fuerit impeditus: erūt impedimenta minora, et si Iupiter fuerit fortior: minor erit corruptio. Item si Iupiter fuerit dominus anni et tam ipse q̄ ♀ Venus fuerit in duobus temporibus boni esse, aspexeritq; eū Venus quocunq; aspectu: significat in illo additamentum diuitiarum à mulierib. et mediantib. nobilib. uiris, et circūspectis, et delectabit in mulieribus, et habebit utilitatem ex eis, et si aspexerit eū Venus in duobus temporibus à trino uel sextili aspectu et ambo fuerint boni esse, in illo anno augmentabitur gloria eius et dignitas, et diuitiæ et indumenta et decor et gratulatio et exaltatio et hæc erunt causa mulieris. Frequenter autem cōtingit quod nascetur ei et filius, uel lætabitur in filio suo, uel lætabitur propter filios regum. Et si Venus in signo in quo est habuerit dignitatem, erit utilitas ab aliquibus notis et amicis et maximè mulieribus. Si uero in signo fuerit alieno, erit utilitas ab extraneis uel inimicis, uiris et mulieribus. Si autem cōiungitur ei Venus in duo-

2008 Ministerio de Cultura

in duobus temporibus,& ambo fuerint boni esse in illo anno,cuius est reuolutio acquiret gloriã à præpositis & procuratorib. & honorabilis erit apud homines & amicos acquiret plures priorib.& laudabit̃ à pluribus et bonitatẽ, & utilitatẽ habebit occasione miraculorũ & prodigiorũ & locorũ Ecclesiasticorũ propiciatoriorum & gratulabit̃ in mulieribus & cõiugio &filijs.Si uero se aspexerint per oppositũ, uel configurationes prædictæ in uno de duob. temporib. fuerint:erũt omnia prędicta minora. Itẽ si Iupiter fuerit dominus anni&in duob.tẽporib.tam ipse q̃ Mercurius fuerint boni esse,aspexeritq; eũ Mercur. à trino uel sextili aspectu:in illo anno ipse cuius fuerit reuolutio acquiret aliq; bonũ propter peritiã & negotiationẽ & uenditionẽ & emptionẽ, & per scripturas & dispẽsationẽ & uillicationẽ.erit aũt cõseruator secretorũ & custos diuitiarũ prudens & intelligẽs huius cognitionis sufficiẽter in reb. & superabit æquales sibi per dignitatẽ et gloriã & opulẽtiã & cõmissiones & sciẽtiã,cõmittent̃ etiã ei procurationes aliq̃rũ magnatũ & erit laudatus ab omnib. hominib.&placebit eis &permanebit et perseuerabit in orationib. & similib. his serit sectã. & si ipse cuius est reuolutio fuerit de inferiori fortuna&de mercenarijs: habebit utilitatẽ ex artificio suo, & ope manuũ suarũ.Et si cõiũgit̃ ei Mercurius in duobus tẽporib.& ambo fuerint boni esse:habebit utilitatẽ in illo anno,& augmentabitur esse suũ & fides eius erga dominam, & humilitas & prudentia mentis & facundia in sermonibus & utilitatem habebit propter huiusmodi & propter alias res diuersas, & familiaritatẽ habebit cum magnificis notarijs & cõmittetur ei procuratio bonorum ipsorum.Si uero in uno de temporibus coniunctus fuerit Mercurius,uel alia configuratus figura, aufertur ex omnib. supradictis.Item si Iupiter fuerit dominus anni & tã ipse q̃ Luna in duobus temporibus expediti & configurantur adinuicem à trino uel sextili aspectu indicat q̃ in illo augmentabitur gloria eius & dignitas,& acquiret ab hominib. bonã famã & laudẽ & q̃ cuiusq; opus & quale cunq; actũ inceperit cito perficiet, queret etiã filios generare & nascent̃ ei filij in illo anno uel cõcipient mulieres eius. & hæreditabit paternas substantias, & si est aliquis cuius est reuolutio de natu regio,& Luna fuerit aucta lumine: gloriã obtinebit famosam.si aũt fuerit fortunæ mediocris,cõmittet̃ ei aliquod dominiũ super multitudine populi, & utetur in eis Iustitia,& uitã bonæ præsumptionis & irreprehensibilem amplectetur. Si uero fortunæ infimæ fuerit,eleuabit̃ super æquales sibi secundũ fortunam,& habebit primatum,in illis quæ diximus. Significabit etiã q̃ habebit utilitatem ex officio & emptione & negociatione. Et si cõiungit̃ ei Luna in duobus temporib. & ambo fuerint expediti, augmentabit̃ gloria eius &diuitiæ & maxime si diuersa fuerit reuolutio.Si uero coniungitur ei Luna uel aliquo cõfigurat̃ aspectu in uno de duob. temporibus aufert de supradictis. De aspectu uero planetarũ ad Iouem quadrato scilicet eorũ & oppositõ tractauimus,ppter huiusmodi causam, q̃m in hac derisione cõprehẽdimus de amicitia Iouis &planetarũ cũ eo.Quadraturæ uero & oppositiones planetarũ ad eum multotiens aliq̃ cõtrarietatẽ significãt de quib.nũc quidẽ nõ proposuimus dicere in sequentibus uero manifestius exponemus.

DE SIGNIFICATIONIBVS IOuis cũ fuerit Dominus anni,& fuerit mali esse. Cap. VIII.

IVpiter cũ fuerit dominus anni & existens tã in natiuitate q̃ in reuolutione retrogradus uel sub radijs aut in alieno loco siue occidentalis seu in domo male uoli aut cadens ab angulis & in locis cõtrarijs:aufert claritatẽ ipsius cuius est reuolutio & minuit fœlicitatẽ ipsius &deponit gloriã ei9.Significãt etiã multitudinẽ expẽsarũ et importunã diuitiarũ effusionẽ,& hęc faciet uolũtaria & spõtanea uoluntate pro eo q̃ appetet à plurib.laudem,tristabitur etiã propter parentes & filios & q̃sdã nobiles p̃sonas et res diuersas,et propter uiolentiã uitæ suę,et maxime si Iupiter fuerit in 6. Si uero cõiuncti fuerint ei maleuoli uel configurati ab oppositõ uel quadrato,& eleuati fuerint super

2008 Ministerio de Cultura

ſuper eum cum idem fuerit impeditus, & maxime in loco patrum uel in loco filiorum, uel ſi in his locis habuerit dignitatem, cõtigerit etiam quod ſors patris, uel ſors matris, uel ſors filiorũ, uel eorũ domini fuerint mali eſſe: ſignificat ꝙd ipſe cuius eſt reuolutio cõtriſtabit̃ propter mortem filiorum uel patris uel matris ſecundum naturam ſigni in quo eſt Iupiter uel naturã ſortis et domini eius. Et ſi coniungitur alicui ſortium uel alicui radiorum uel duodenarum in duobus temporibus, uel aſpexerit eos figura cõtraria: ſignficãt mœrores & inſtabilitates his quorũ inſunt ſignificãtia prędicta. Inſpiciẽdum eſt etiam & aſpectus & cõiũctiones planetarũ ad eũ. Si enim tali modo diſpoſitum aſpexerint eum ex trino uel ſextili maleuoli: non ſignificant magnũ periculũ propter figurę cõueniẽtiam & amicitiam complexionis, ueruntamen propter impotentiam propriam, & impedimentum non poteſt attingere ad felicitatis perfectionem. Planeta etiam cum fuerit mali eſſe, addit in fortunium ſuum in illis uidelicet rebus, quarũ eſt ſignator. triſtabitur enim cuius eſt reuolutio ſuper huiuſmodi, & laborem, ſeu fatigationẽ ſuſtinebit quadratus quoq; & oppoſitus eius, de quibus in ſequentibus dicemus. Iupiter igitur cum fuerit dominus anni, & Mars in natiuitate fuerit boni eſſe, aſpexerintq; ſe ad inuicẽ per quadratũ, Iupiter uerò ſuper Martem fuerit eleuatus: ſignificãt quod firmabitur gradus eius & dominabitur ſuæ ciuitati, frequenter etiam obtinebit à regibus, uel exercituum ducib. dignitates & utilitates. Veruntamẽ contriſtabitur propter filios & diuitias & aliqua pars lædetur diuitiarum parẽtum ſuorum. Si uero in duobus temporibus ſe huiuſmodi aſpectu aſpexerint & ambo fuerint mali eſſe, aufert quas prædiximus proſperitates, et patietur is cuius eſt reuolutio expenſas & aduerſitates intolerabiles. & ſi Mars eleuatus fuerit ſuper Iouem: qualitercunq; fuerit, lædetur cuius eſt reuolutio à magiſtratibus & habentibus poteſtatem, & ab his qui principatũ habuerint in metallis, triſtabitur etiam, & propter priuationem utilitatum & diuitiarum, cõuerſationis quoq; & filij, & propter aliquem dolum & fraudem & inuidiam & calumniam & contentionem & multiplicabitur labor eius. Item ſi huiuſmodi aſpectu con figurati fuerint in ambobus tẽporibus boni: erunt mala minora. Item ſi aſpexerit eum Mars in duobus temporibus ex oppoſito, & ambo fuerint impediti: ſuſtinebit in illo anno anxietates ob gloriam & mulieres & filios, & uidebit mortem alicuius de his qui proteguntur ab eo, & fortè coniungetur uxori, & naſcetur ei filius, multiplicabitur, & corrumpet diuitias ſuas & acquiret alias. in illo etiam anno habebit inquietudines uſq; ad medietatem eius. Si uero fuerunt expediti, pauca quædam de prædictis euenient. uel occaſione talium multas turbationes & motiones patietur & ſuſpicabitur ſe paſſurũ maximas aduerſitates, tamẽ nõ patietur. Item cum Iupiter fuerit dominus anni, & Sol cum eo, boni eſſe tã in natiuitate quã in reuolutione, aſpexerintq; ſe adinuicẽ per quadratum, & ſol fuerit eleuatus: augmentabit uel in illo anno gloria eius, & gloria patris ſui, & utilitatẽ habebit in reb. diuerſis. Si uero fuerit mali eſſe: patietur tam ipſe quam parentes eius indigentiam & anguſtiam in diuitijs ſuis & alienabuntur & peregrinabuntur delectabili peregrinatione & contra excellentes perſonas diſcordias habebunt: erunt autem huiuſmodi perſonæ eius cognitæ uel uicinæ, uel conſanguineæ, quæ inuidebunt eis. Si uerò Iupiter eleuatus fuerit ſuper Solem & ambo fuerint boni eſſe in duobus temporibus, inueniet ipſe cuius eſt reuolutio in illo anno, nec non & parentes eius, utilitates & glorias & dignitates & honorem excellentem. Si uero fuerint mali eſſe: triſtabuntur occaſionib. talium. Et ſi Sol aſpexerit hunc in duobus temporibus ex oppoſito, & ambo fuerint boni eſſe: erit in illo anno gaudium in omnibus ſuis, & augetur gloria eius, & committent̃ ei ab habentibus poteſtatem & ab aliquibus nobilib. uiris ſecreta negotia, & cõſulent eũ Reges in ſuis negotijs, & exaudient conſilia eius. Si uero ſe prædicto aſpe-

2008 Ministerio de Cultura

cto aſpectu aſpexerint & fuerint impediti: non tantum minuentur omnia prædicta, ſed etiam detrimẽtum huiuſmodi occaſione habebunt. Item cum Iupiter fuerit dominus anni, & tam ipſe quam Venus fuerint in duobus temporibus boni eſſe et aſpexerint ſe, eleuato † in illo anno augmẽtabit gloria eius, et utilitatem habebit propter mulieres, et erit uitę ſplendidæ, et utetur puritate, et approbabit ſectam ſuam et ſecretorum ſuorum, et opera faciet ſanctitatis atq; iuſtitiæ. Si autem fuerit mali eſſe: patietur tentationem prædictorum occaſione. Et ſi Venus eleuata fuerit ſuper Iouem, et ambo fuerint in duobus temporibus impediti: Certabit in illo anno ipſe cuius eſt reuolutio circa ludos et circa mulierum conuerſationem per quas contriſtabitur, acquiret etiã ab alijs mulieribus diuitias. lædet autem & aliquas, et indignabitur contra aliquem de amicis ſuis et quædam de pecunijs ſuis deſtruentur ſimiliter & de epulis. Si uerò fuerint boni eſſe: utilitatem habebit et gaudium in omnibus ſupradictis. Et ſi ex oppoſito aſpexerit eum Venus in duobus tẽporibus, & ambo fuerint boni eſſe, creſcet gloria eius, multi enim parebunt ei, et laudabunt & diligent, et dominabitur familiæ ſuæ et acquiret diuitias, et conſeruabit eas. Si autem fuerit mali eſſe: minuent̃ omnia ſupradicta, & contriſtabitur eorum occaſione. Item cum iupiter fuerit dominus anni & tam ipſe quã Mercurius in duobus temporibus fuerint boni eſſe, et aſpexerint ſe ad inuicem per quadratũ, Ioue ſuper Mercurium eleuato: erit deditus ipſe cuius eſt reuolutio literarum doctrinę & adiuuabit multos et propter adiumentum ſuum, bona et utilitates adipiſcetur. Et ſi fuerint mali eſſe: minuẽtur omnia ſupradicta et contriſtabitur occaſione eorum. Si uero Mercurio in duobus temporibus eleuato ambo fuerint impediti, anxius in acquiſitione diuitiarum lætabitur et ſuper lucro uili et utilitate modica et erit ſine gratia apud homines, et indignabitur in cõuerſando cũ eis, et nocebit aliquibus et eis inimicus erit. Et ſi

Super Venerem Ioue eleuato.

fuerint boni eſſe: gaudium et utilitatem habebit. ſuper omnibus ſupradictis. Et ſi aſpexerit eum Mercurius in duobus temporibus per oppoſitũ, & ambo fuerint boni eſſe: addetur in illo anno diſciplina & ſcientia eius, ſciet etiam ſecreta conſilia, & tractabit uenditiones & emptiones, et laudabitur à pluribus, diligetur à familia ſua. Si autem fuerit mali eſſe, minuentur omnia ſupradicta & contriſtabitur propter iſta.

Item cum Iupiter fuerit dominus anni, & tam ipſe quam Luna fuerint in duobus temporibus boni eſſe & configurantur ad inuicem per quadratũ. & fuerit Iupiter eleuatus ſiue nocturna fuerit reuolutio, ſiue diurna: ipſe cuius eſt reuolutio, parentes etiam eius erunt in bono eſſe in illo anno, & ab omnibus erunt cõmendati. Habebunt quoque utilitatem per conſanguineos & additamentum ſuſcipient gloriæ. Si uero fuerit mali eſſe: diminutionem habebunt prædicta, & occaſione ipſorũ contriſtabuntur. Si uerò Luna fuerit eleuata, & fuerint boni eſſe, laudabuntur à pluribus, & honorabunt̃ ab habentibus poteſtatem & idiotis, & ſi fuerint mali eſſe, deficient ſupradicta, contentionis etiam patietur & gloriæ atq; diuitiæ diminutionem, & decipietur circa proprias uillicationes. Et ſi Luna eundem aſpexerit per oppoſitum in duobus temporibus, & ambo fuerint boni eſſe, fuerit etiam Luna gradibus paucioribus: in illo anno augebitur gloria eius & acquiret diuitias. & lætabitur in conſanguineis & in filijs, & familiaritatem habebit cum regibus & principibus, & erit in bono eſſe, & multum ſibi tribuet, et intentio ſua ſibi ſufficiet, nec aliorum conſilijs utetur, et ſi peregrè profectus fuerit, reuertetur. Si uerò impediti fuerint in duobus temporibus, et fuerit Luna in pluribus gradibus, diminutionem patietur diuitiarũ et contriſtabitur propter diuerſas cauſas et maximè in principio anni. De configuratione quidẽ Saturni ad eũ predixi mus in quib. tractauimus de diſpoſitiõe

Saturni

2008 Ministerio de Cultura

Saturni & hæ quidē ſignificationes ſunt Iouis cum fuerit boni eſſe & coniungunt̄ ei uel configurant̄ planetæ beneuoli, uel cum fuerit mali eſſe & coniunguntur ei, uel configurantur ſtellæ maleuolæ. Si uero Iupiter fuerit boni eſſe, et aſpexerit eum planeta maleuolus uel fuerit mali eſſe & configuratur ſtellæ beneuolæ eadem ſignificat quæ prædiximus in Saturno.

DE SIGNIFICATIONIbus Iouis cum fuerit dominus anni à locis in quibus eſt. Cap. IX.

IVpiter cum fuerit dominus anni & tam in natiuitate quam in reuolutione fuerit boni eſſe, & in loco proprio uel in quo habet dignitatem, et fuerit in uno de quatuor angulis, ſiue ſint de angulis ſecundum reuolutionem ſiue de angulis ſecundum aſcendens profectionis: erit famoſus illo anno, & augmentabitur gloria eius, dignitas etiam atq; diuitiæ. Et ſi fuerit in medio cœli erunt huiuſmodi occaſione magnatū. Si uerò aſcendens: ex proprio motu & certamine & operatione ſua. Si uero in occidēte erunt hoc cauſa mulierū: & aduerſariorū et ſi in angulo domus patrū: cauſa parentū & cōſanguineorū rerū ſtabilis et habitaculorū. Et ſi in ipſis locis idem fuerit mali eſſe, uel retrogradus, ſignificat diminutionem gloriæ et corruptionem diuitiarum et negligentiam eius in acquirendo. Contriſtabitur quidem iuxta ſignificationem anguli in quo eſt. Item ſi Iupiter fuerit dominus anni, & in duob. temporibus boni eſſe, & cōtingit ipſum eſſe in 11. loco, in illo anno erit uitæ laudabilis et in omni quiete, et à pluribus laudabitur & utilitatem habebunt amici eius per eum. Et ſi fuerit mali eſſe erit ualde curioſus, & malæ præſumptionis nullum opus faciens, contriſtabitur etiā per annos & aliquas ſpecies. Item ſi Iupiter fuerit dominus anni, & in duobus temporibus in quinto fuerit expeditus, fortunabitur in liberis generandis: Si generationem filiorum natiuitas indicauit, & gaudebit in filijs, ſi habuerit filios. Et ſi fuerit mali eſſe contriſtabitur propter filios. & quaſdam legationes atque peregrinationes. Itē ſi Iupiter fuerit dominus anni, exiſtens in duobus temporibus in nonō uel tertio boni eſſe: laudabitur in illo anno de pietate & pro diuino cultu peregrinabitur & laudabitur à pluribus & lætabitur ſuper fratribus & ſuper quibuſdam rumoribus. Si uerò fuerit mali eſſe, erit in illo anno inanis gloriæ, & accipiet rumores ſiniſtros nō cumenta etiam & mœrores cauſa fratrū et propriam fidem contemnet, & dubitabit de ea. Et ſi peregrè profectus fuerit, rebus erga uotum exiſtentibus obuiabit. Item ſi Iupiter fuerit dominus anni & in duobus temporibus in ſecūdo uel octauo loco fuerit boni eſſe: ocium & moram ſignificat. Verūtamen utilitates aliquas obtinebit, abſq; petitione & ſine certamine uel occaſione mortuorum. Si uerò fuerit mali eſſe: ſignificat quod faciet inuitus expēſas multas, mœrores etiam & cōtentiones cauſa acquiſitionis diuitiarū. Item ſi Iupiter in duobus temporib. in ſexto uel duodecimo fuerit boni eſſe, laudabitur à quodā uili & ignobili uulgo, & utilitatem habebit à captiuis, & reconciliabitur cum inimicis ſuis. Si uero in iſs duobus locis fuerit mali eſſe, patietur ægritudines è uentoſitate. & quaſdam alias & mœrores per inimicos & carceres. Si uerò Iupiter natiuitatis tempore in aliquo fuerit, contigerit uerò in reuolutiōe eſſe in † aliquo utrū habeat eandem diſpoſitionem quā in natiuitate habuit, ſiue aliam: oportet te cōmixtionem facere diſpoſitionū ſuarum de duobus temporibus, ut prædiximus in tractatu Saturni & iuxta cōmixtionem huiuſmodi diffinire. Item ſi Iupiter fuerit dominus anni, & fuerit reuolutionis tempore in uno de quatuor locis, qui non aſpiciūt aſcendens: in illo anno, ipſe cuius eſt reuolutio erit inglorius, nec perueniet ei utilitas et plures de amicis & notis ſuis deſpiciēt eum, tractabit etiam quaſdam inutiles res. utilium uero modicam aut nullam curam habebit. Et ſi mali eſſe fuerit in ijs locis: patietur anxietates occaſione ipſarum.

† altero

2008 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA DEL OBSERVATORIO DE S. FERNANDO

DE SIGNIFICATIONIbus Martis, cum fuerit dominus anni & fuerit boni esse. Cap. X.

MArs cum fuerit dominus anni & tam in natiuitate quam in reuolutione fuerit in proprio lumine directus. & uelox cursu & in bonis locis. & in propria conditione & in signo in quo habet dignitatem: facit eũ cuius est reuolutio fortis animi & eijcientem omnem segniciem et desidiam & tristitiam: & erit solers & prudẽs, & promptus ad opera & diuersarum rerum tractationẽ, & sollicitus in operibus & exercitatus in acquisitionib. et obtinebit quæ quesierit à potestatibus & glorioſus erit in partibus (siue patribus) suis & magnas utilitates habebit ex suis operibus. & finis rerum suarum erit optimus. Si uero Mars in alieno signo fuerit boni esse: erit sibi utilitas à peregrinis & exteris. & si in signo proprio fuerit, erit utilitas ab amicis & notis. & si fuerit in signis similitudinis hominum: acquiret ab hominibus amicitias, & alacritatem habebit & utilitatem & laudem ab eis. Et si fuerit in signo aquatico, erit utilitas occasione aquarum et humidorum. Eodem modo considera & in reliquis signis, considera etiam radiorum proiectiones & partes & duodenas particulas quibus coniungitur Mars uel configuratur in duobus temporibus, figuris consonantibus & amicis, quoniam etiam significationes habent domini eorum & secundum speciem illam diffinias & utilitatem. Item si Mars fuerit dominus anni & tam ipse quam Iupiter fuerit in duobus temporibus boni esse, coniungitur autem uel configuratur cum eo à trino uel sextili aspectu, est autem ipse cuius est reuolutio ex regib. prosperitatem diuturnã habentibus: augetur prosperitas eius et gloria, subditi etiam & familiares eius, erũt ei subiecti atq; sequaces, et militia et populus et exercitus, & dominabitur pluribus, erũt & inimici ei subiecti. Et si Mars fuerit in ♈ uel ♑. dominabitur inimicis suis, & augetur potentia eius in prelijs, iumenta q̃q; sua et arma, et omnia quæcũq; significat Mars. Si uerò fuerit ipse cuius reuolutio, fortunę mediocris, & cuius natiuitas nõ indicat tam magnas felicitates, amicabitur uiris glorioſis atq; illustribus et exercituum ducibus et militibus, magnis uidelicet personis, & utilitatem habebit per eos. Et si fortunę coniũctus fuerit, in fine acquiret utilitatem à personis militantibus, et ab ijs q tractãt martias artes. Cõsidera etiam signum in quo fuerit Mars, tam in natiuitate quã in reuolutione, sitne de signis Regalib. an de fortuna mediocri, an de infima, & facias cõmixtionem ipsius quoq; & signi naturæ. Item si sol aspexerit eum in duob. temporibus à trino uel sextili aspectu, et ambo fuerint boni esse, auget gloria eius, atq; prosperitas & diuitiæ, coniũgetur uxori, habebit etiã filios, & incrementũ glorię obtinebit à potestatib. & magnatibus, militib. quoq; et exercituũ ducib. et à multis laudabitur. Item si ♀ aspexerit ipsum in duob. temporibus à bino uel sextili aspectu, et ambo fuerint boni esse, fueritq; dominus partis cõiugij in septimo in aspectu fortunarũ, augebunt eius diuitiæ atq; utilitates, et matrimonio coniunget, & delectabitur in mulierib. & in eorũ coitu, et gratulabit in eis, et utilitatem habebit per eas, & cum aliquib. cõcubet occultè & incrementũ habebunt filij sui et uestes, & habebit amicitiã cũ principibus et potestatib. et humilioribus Et si Mars et Venus in signis fuerint in quibus habent dignitates, erũt ei causa mulieris uel alicuius de notis. Si uerò in signo fuerint alieno: accident hæc in terra aliena et per alienas personas. Item si Mercur. ipsum aspexerit à trino uel sextili aspectu. et ambo fuerint boni esse, augetur utilitas et solertia eius cuius est reuolutio, et exercitatus erit circa agenda, et facilis in reb. et laudabilis, et eloquentia eius et disciplina et scięntia quoq; et intellectus. Item si Luna ipsum aspexerit in duob. temporibus à trino uel sextili aspectu, et ambo fuerint boni esse et reuolutio sit nocturna, Luna uerò minima lumine existente significat acquisitionem bonorũ atq; utilitatis et prosperitatem in negocijs tractãdis per eum atq; iocunditatem. De coniunctione uero planetarum cum eo aspectibus

alijs

2008 Ministerio de Cultura

alijs, non fecimus mentionem eo quod ad uersa significāt. Intentione præsente de bonis aspectibus existente.

DE SIGNIFICATIONE Martis cum fuerit dominus anni & fuerit mali esse. Cap. XI.

MArs cum fuerit dominus anni & tam in natiuitate quā in reuolutione fuerit retrogradus, uel sub radijs, uel in corde Solis aut occidentalis, siue in alieno loco, uel cadens ab angulo in locis malis, significat in illo anno ei cuius est reuolutio iracūdiam & mentis perturbationē, & tempestatem & insipientiā intellectus, & inquietudinem cogitationum, & turbidum atq; inexpertum in rebus agēdis. lædet etiam a feris & equis, & igne, & calore, et sanguine, et ęgritudinibus diuersis, et itineribus nō expedientibus, et peregrinationib. inutilibus, & detrimentum fratrum et sororū. Hæc autem omnia iuxta significationem Martis, & signi in quo est, & si fuerit sub radijs, indicat detrimentum ab igne, & incendio & furto, atq; rebus occultis, & deceptionibus, fraudibus & ægritudinib. Si autem impeditur Mars alijs modis, quib. prædiximus: oportet facere commixtionem eius, et signi in quo est tam ipse quā ille qui impedit eum maleuolus, & secundum hoc diffinire. Si enim fuerit in signis similitudinis hominum, erit nocumentū à quibusdam operibus & sermonibus suis, à pugna etiam, calumnia inimicorum & furto, & latrocinio. Si autem cum ijs in statione fuerit Mars & tardus in cursu: extendet mala, significat etiam uulnera, uincula, custodiam quoq; & iras, et maxim` si in odioso sibi fuerit signo. Si uerò fuerit in signo ferali, in signo reptibili, erit læsio à feris uel à reptilibus: Si uero fuerit in alio signo, indicat fluxum sanguinis, uulnera quoq; et ulcera, et cauteria ab igne, et ęgritudines à calore, et peregrinationes inutiles. Si uero cum ijs fuerit in domo amici sui, moderatum erit impedimentū & ab aliqua nota causa. Si uero in alieno fuerit signo, uel in domo inimici, fortiora et durabiliora erunt mala. Et si fuerit in sua conditione: erit modicum nocumentum. Si autem impeditus fuerit in angulo, maior erit aduersitas. Considera quoq; radios & per duodenas particulas quibus coniungitur Mars, & quibus configuratur in duobus temporibus figura contraria. Significant etenim hęc aliqua infortunia. Quādo aūt significabit Mars aliq; infortuniū in nocturnis reuolutionibus, uelociter dissoluetur. Item cum mars fuerit dominus anni, aspexeritq; ipsum planeta infortunatus in duobus temporibus à trino uel sextili aspectu, infert ei cuius est reuolutio secūdum naturam propriam detrimentum. Item cum Mars fuerit dominus anni, & tā ipse quam Sol in duobus temporibus fuerit mali esse, aspexeritq; se ad inuicem per quadratum, & Mars super Solem fuerit eleuatus, erit ipse cuius est reuolutio pręceps & irrationabilis, & litigiosus & tristis, curiosus circa diuersa, et circa diuitias et expensas, & infortunium accidet ei prauum in filijs suis, uel eorum aliquis destruetur, & maximè si reuolutio fuerit diurna, et ambo fuerint, supra terrā. Si uero Sol fuerit eleuatus, incidet in ægritudines et diuersa pericula, & supplicabit alicui ex præsidibus, & sustinebit læsiones ab eo. Si uerò Sol in die aspexerit ipsum per oppositum in duobus temporibus, & ambo fuerint mali esse: patietur in illo anno mœrores & diuersos incursus, & cadet ab alto, pater etiam eius sustinebit periculū contrarium, uel morte uiolēta morietur. Si uero nocturna fuerit reuolutio, erit neglígens, nihil proficiēs, etiamsi quod opus inceperit, non perficiet ipsum, consumet quidem diuitias, & patietur afflictionem in suis negotijs. Item si coniunctus ei fuerit Sol in duob. temporibus, & ambo fuerint impediti: erit in illo anno ualdè incōstans, non perseuerās in aliqua re, & arguetur à pluribus et uituperabitur, & diuersas tristitias sustinebit & forte ferrum uel ignem, uel iracundiam regiam expietur, paternas etiam dispergeret diuitias & dolebit oculis, uel infortuniū circa † ipsum eos fiet, & pater eius magnum infortuniū sustinebit, uel destruetur et maximè si in angulo fuerit, uel in succedenti angulum. Si uero coniunctus ei fuerit Sol, uel configuratus in uno de duobus temporibus, erūt prædicta minora. Item si Mars fuerit dominus anni, et tam ipse quam Venus fuerint in duobus temporibus impediti, et aspexerint se inuicem per □ Marte super

2008 Ministerio de Cultura

Venerem eleuato: Contristabitur cuius est reuolutio, occasione mulierum & inimicorum & renouabuntur ei inimicitiæ & detrimentum habebit per eas. concumbet etiam cum ancillis, uel propter coniugium & coitum tractabit res turpes. Si uero Venus fuerit eleuata, in eadem dispositione existente utraq; erunt quidem prædicta, moderatius tamen & honestius. Et si Venus aspexerit ipsum in duob. temporib. per ☌, et ambo fuerint mali esse, erunt in illo anno nimiũ mutabiles & occasione filij contristabitur, inimicorum etiam & mulierum, et quidam ex ijs langue bũt, uel morientur. Item si Venus coniuncta fuerit in eodem de duobus temporibus, utriusq; existentibus mali esse, eadem significat sicut diximus de quadrato. Si uero coniuncta fuerit in uno de duobus temporibus, uel non ambo fuerint mali esse, mala erunt minora. Item si Mars fuerit dominus anni, & tam ipse quã Mercurius in duobus temporibus fuerint impediti, aspexerintq; se inuicem per □, Marte super Mercuriũ eleuato: In illo anno nocebit aliquibus nocumento manifesto sine aliqua occasione, & detrahet quibusdam, & accusabit & contentiones habebit frequenter cum aliquibus, & pro quibusdam uillicationibus & maximam lęsionem habebit occasione earum, & occasione locutionũ, et accusabitur super ijs, quæ nec fecit nec locutus est, et maximè si diurna fuerit reuolutio, pro eo quod non est in sua conditione Mars. Si uero nocturna fuerit reuolutio, minuunt quæcũq; prædiximus. Et si Mercurius fuerit eleuatus in illo anno, faciet iniustũ aliquib. & erit male presumptionis & † cito satur & memor mali et capax rerũ & exercitatus circa diuitiarum congregationem. Et si aspexerit Mercurius eum per ☌. in duob. temporib. & ambo fuerint impediti, erit in illo anno inuerecundus & impudicus, diligẽs mendaciũ, & despiciens ueritatẽ, tractãdo fraudes atq; astutias, & forte Venena palpabit ad nocendũ aliquib.. † & coartabit eius. et fide iubebit pro aliquib. et habebit propterea contentiones & iudicia, et habebit occasione talium detrimentum, & si Saturnus habuerit dignitatẽ loco Mercurij exulabit cuius est reuolutio à propria patria. Si uero coniunctus fuerit ei Mercurius in duobus temporibus & fuerit boni esse: in illo anno augetur scientia eius, et fraudes ac astutias diliget, mendacia etiam & contentiones. & si fuerint mali esse: detrimẽtum occasione huiusmodi patietur. Si uero fuerint boni esse utilitatem habebit ex eis, laudabitur etiã & obtinebit quæcunq; desiderat. Si autẽ ambo impediti & sub radijs fuerint: cõuersationem habebit cum furib. & adaptabit fictitias literas, & si fuerint boni esse: utilitatem habebit occasione ipsorum. Si uero Mercurius coniunctus fuerit Marti. uel aspexerit eum in uno de duobus temporibus: minora erũt prædicta. Item si Mars fuerit Dominus anni & tam ipse quã Luna fuerint impediti. aspexerintq; se adinuicẽ p □. et Mars fuerit eleuatus: in illo anno patietur læsionem matris eius & arctabuntur diuitiæ suę & uidebit mortẽ alicuius dilecti sui, multotiens autẽ & ipse cuius est reuolutio morietur, uel aliquis de consanguineis suis, uel habebit ægritudinem circa cerebrum, per quã erit mente captus, & maximè si Mars fuerit in terminis Saturni, Luna uerò in terminis Martis siue Mercurij. Si uero fuerit eleuata Luna super Martem: mater eius lesionem patietur in illo anno: & ipse angustabitur circa diuitias. Et si Luna ipsum aspexerit per oppositionem in duobus tẽporib. et ambo fuerint mali esse: prauã ęgritudinem patietur & amputabit aliquod mẽbrum eius per ferrum & occasione mulierum tristicias sustinebit. Si uerò coniungitur ei Luna in duob. tẽporib. & ambo fuerint mali esse: erit laboriosus & ægrotabit pessimè, & amputabitur membrum eius per ferrum. Si uero Luna coniuncta fuerit ei in uno de tẽporib. duob. & ambo fuerint boni esse: mala erunt minora.

DE SIGNIFICATIONE Martis à locis suis, cum fuerit dominus anni.

MArs cum fuerit dominus anni & tam in natiuitate quã in reuolutione fuerit boni esse in uno de angulis: in illo anno ipse cuius est reuolutio obtinebit ea quæ uoluerit à potentatibus, & militibus, & erit terribilis apud sui similes, uictoriosus in aduersantib. sibi, & laudabilis in omnibus cõuersationib. suis, & inueniet dignitatem

2008 Ministerio de Cultura

tatem & gloriam. Et si fuerit in medio cœli: obtinebit à regibus quæ uoluerit, & si in alio loco fuerit: erit bonorũ significatio secũdũ naturã anguli. Si uero fuerit in duobus temporib. mali esse uel incendium sustinebit, aut latrociniũ, uel à sanguine ęgrotabit, aut ab aliqua dispositione calida. & si retrogradus fuerit: fugiet à patria sua & pericula sustinebit, & timendũ est, ne fortè patiat à ferro, & expensas faciet occasione itinerum & filiorum, & maximè, si reuolutio sit nocturna, & Mars fuerit in medio cœli. Si uero in occidente fuerit: accident ei morbi & incisiones per ferrũ & mœrores diuersi: tum contra hostes suos prævalebit. Si autem in quarto fuerit: corrũpent habitationes suæ, et domus in qua manet, & consumet diuitias, & infortunia patietur pro diuersis occasionibus, postea uero ab ijs liberabit. Itẽ si Mars fuerit dns anni et fuerit in duobus tẽporib. boni esse in undecimo uel quinto: significat alacritatem per cõsanguineos & additamentũ filiorũ & gloriæ ac dignitatis occasione amicorum, & accident hæc omnia sibi à militãtibus personis, habebit utilitatem & ex operibus ignis uel sanguinis & curabit de peregrinatione multoties & fortasse perficiet. Et si Mars fuerit in angulo uel in his duobus locis in bono esse, sicut prædiximus, & fuerit ipse cuius est reuolutio peregrinus longè à patria sua: reuertetur in eã. Si uerò in ijs duobus locis Mars fuerit mali esse: anxietates & sollicitudines indicat à cõsanguineis & filijs & inimicitias inimicorũ. Item si Mars fuerit dominus anni, existẽs in duobus temporibus in nono uel in tertio boni esse: peregrinabitur cuius est rouolutio & inueniet bona & erit laudatus & fortis in peregrinatione sua. Si uero fuerit mali esse: accusabitur super aliquibus rebus, quarum quędam erũt ueræ, & quædam falsæ, & peregrinabitur & damnificabitur, & necessitates incurret & ægrotabit à calida infirmitate & à periculo & feris periclitabitur maximè si Mars fuerit in Leone & Scorpione. Itẽ si Mars fuerit dominus anni & fuerit in duob. temporibus boni esse in loco secundo: obtinebit bona & utilitates ex prouentibus sibi ignoti, si uero fuerit mali esse, dispergit diuitias & consumet. Item si Mars fuerit dominus anni, & in duobus temporibus fuerit boni esse, existẽs in loco octauo: faciet utilitatem à mortuis & hereditatibus. si uero fuerit mali esse: occasione ipsorũ, cuius est reuolutio, habebit inimicitias & contentiones, & proprias dispergit diuitias. Item si Mars fuerit dominus anni existens in duobus temporibus in duodecimo, boni esse: erit in illo anno is cuius est reuolutio, non studens in rebus uitæ utilibus, habebit et utilitatem à parentibus, & securitatem habebit de inimicis suis. Si uero fuerint mali esse: sustinebit incommoda occasione prædictorum. Item si Mars fuerit dominus anni, existens in duobus temporibus boni esse in sexto, bonam dispositionem quidem habebit ipse in corpore, superabit & hostes suos. Si uero fuerit mali esse, ægritudines habebit à caliditate et humiditate, & ebullitione sanguinis, & si aspexerit ipsum Saturnus: fiet cum eis & sanies, & ægritudines et cholera nigra. Si uero Mars in natiuitate in aliquo loco, dispositus fuerit, et tempore reuolutionis in eodem loco, uel ab ascendẽte, uidelicet reuolutionis, uel ab ascendente profectionis, aspexeritq; locũ suum secundũ natiuitatem, uel fuerit in eo, erunt diffinitiones eius ualde fortes. Si uero fuerit alteratus, omnẽ cõmixtionẽ oportebit facere in significationib. locorũ sicut præostẽdimus.

De significatione Solis cum fuerit dominus anni & fuerit boni esse.

QVando contingit Solem esse dominũ anni: nõ accipimus ipsum principaliter ad diffiniendũ esse illius anni, sed aspicimus signũ, in q̃ peruenit directio ab Hyleg ia, siue Sol fuerit Hyleg siue alius, assumentes significatorem cum eo natiuitatis planetam uel reuolutionis planetã, et qui cõfigurant cũ Sole, quouisq; in signo illo fuerit Sol, deinde aspicimus in quo loco fuerit Sol, et assumimus secundario diffinitiones, quę sunt ab eo. Et si fuerint tam in natiuitate quàm in reuolutione in bono esse, in propria domo uel exaltatione, uel in aliquo loco, in quo habeat dignitatem, et fuerit super terra in bonis locis, significat ei cuius est reuolutio in illo anno propinquitatem circa reges, et potentum dignitates atq; gradus illustriores et augmentum gloriæ, et diuitiarũ ac utilitatum

2008 Ministerio de Cultura

laudabitur quoq; à plurib. & in cõcilijs, erit exercitatus in ſuis operib. & in ſermonibus & ſcientia, quibuſdã quidem nocebit, quoſdã uero iuuabit & promouebitur ſeruitio potentatum & erit proſperũ eſſe parentũ ſuorum ac mediorũ fratrum eius.

Oportet aũt cõſiderare proiectiones radiorum, & partes ac duodenas particulas quib. coniungit ☉, uel figuratur in duob. temporib. ſignificãt enim diffinitiones ſecundũ naturã illorũ. Item ſi Sol fuerit dñs anni aſpexeritq; eum ♀ in duob. tẽporib. per ſextilẽ, & ambo fuerint boni eſſe: laudabit à pluribus in illo anno ipſe cuius eſt reuolutio, & erit benè gubernatus, & augebitur ſcientia eius, & proſperabit in ſermonib. quoq; & in operib. & uidebit ſomnia manifeſta & uera & ſi coniuncta fuerit ei ♀ in duob. temporib. fueritq; reuolutio nocturna, & ♀ occidentalis, uel reuolutione exiſtente diurna & illa orientalis ſecundum utraſq; diſponens, diſtans à ſolarib. radijs, & apparẽs: in illo anno obtinebit beneficia à filijs regum & regibus, & laudabitur à pluribus, & erit fortunatus in omnibus cõuerſationibus ſuis, lætabitur & ſuper quibuſdã Veneris operib. Si uero eſſe reuolutionis fuerit è cõtrario ſecundũ uidelicet diem ac noctem, tum ♀ cũ ☉, non ſub radijs, aufert aliqua de prædictis. Item ſi Sol fuerit dñs anni, & tã in natiuitate q̃ in reuolutione fuerit cum ☿ boni eſſe, fueritq; ☿ diſtans à ſolarib. radijs, ſiue ſit orientalis ſiue occidẽtalis in illo anno cõmittet ei dignitas aliqua, et dominabitur multis, & ſtudebit in locutionib. & in ſcriptis, & amicabit cũ notarijs excellentib. & erit laudatus à pluribus et fortunatus p̃dicabit ab omnib. & utilitatem habebit à ſeruis et clientibus. Item ſi Sol fuerit dñs anni, aſpexeritq; eum ☽ in duob. temporib. à trino uel ſextili aſpectu: acq̃ret immenſas diuitias, et augebitur gloria eius & procreabit prolem, & erit in bonis et tractãdo ea quæ ſignificat Luna. Et ſi aſpexerit ipſũ in duobus temporib. à □, & ambo fuerint boni eſſe, perueniet ad honorem atq; diuitias et diuerſas utilitates, et laudabitur à plurib. & erit proſper in diſpenſationib. Si uero aſpexerit ipſum in duob. temporib. per ☌, & ambo fuerint boni eſſe, multiplicabuntur contentiones eius, & rixę, & erit uerboſus, & ſuperabit inimicos ſuos, et ſi coniuncta fuerit ei in duob. temporib. & ambo fuerint boni eſſe, fueritq; lõgè à radijs eius ☾, ſignificant eadem quæ diximus in ſextili, ueruntamen ſubijcietur mœrorib. quorũ euentus erit in bonũ, utetur etiam fraudibus & reb. occultis. Si uerò fuerit Luna ſub radijs in duobus temporibus, & ambo fuerint boni eſſe, adhærebit ſtruendis fraudibus, in defraudando et calumniãdo, et habebit ab huiuſmodi læſionem. Cũ his omnib. ſciendũ eſt q̃ cũ planetę fuerint in corde ☉, & boni eſſe, bona erũt ſignificata, ſed ſi fuerint malè eſſe, contrarium.

De ſignificatione Solis, cum fuerit dominus anni, & fuerit mali eſſe.

SOl cum fuerit dominus anni, prædiximus q̃ ſignificatio eſt diuiſoris, et domini ſigni in quo eſt diuiſio ab Hylegio communicantibus cũ ſignificatorib. quas prædiximus. Quod ſi Sol fuerit impeditus, ſignificatur quod ipſe cuius eſt reuolutio, incurret neceſſitates ex his, ex occaſionib. quas prædiximus, & malè habebit eſſe parentum ſuorum, atq; dignitates & gloriæ ipſius cuius eſt reuolutio. oportet aũt obſeruare cõiunctiones eorũ ad partes, & radios et duodenas particulas, et iuxta genera ſignificationũ ipſorũ erit impedimentum. Igitur ſi Sol fuerit dominus anni, aſpexeritq; ipſum ♀ tam in natiuitate quã reuolutione à ſextili aſpectu, & ambo fuerint mali eſſe, ſignificat quod contriſtabitur occaſione officialium et mulierũ atq; pecuniæ, & erit in anxietate, & multa triſtitia, & malè tractabitur, & à pluribus uituperabitur et accuſabitur. Si uero coniuncta fuerit ei Venus in duobus temporibus, et ambo fuerint impediti, fueritq; Venus ſub radijs: patietur à mulieribus, & occaſione ipſarum, et ab inimicis, et propter diuitias et filios triſtitias, et patietur corpus ab ægritudine et à pluribus accuſabitur, et utetur fraudibus et anguſtijs et quibuſdam occultis, et lædetur propter uenerea opera. Item ſi Sol fuerit dominus anni, et coniũctus fuerit ei Mercurius in duob. temporibus, et ambo fuerint impediti: ipſe cuius eſt reuolutio, ſuſtinebit mœrores et diuerſa incommoda à potentatibus et à quibuſdam potentib. et aliquis de potentibus iraſcetur contra eum.

Intendet

2008 Ministério de Cultura

Intendet autem ſcriptis mechanicis & aptitudinibus, & ſcriptis, & dignitatibus, & ſubiectus erit alicui, & contentiones habebit propter diuerſas cauſas, & contriſtabitur propter filios & ſeruos & ſubiectos ſibi. Item ſi Sol fuerit dominus anni & cõfiguratus fuerit Lunæ in duob. temporib. à trino uel ſextili aſpectu & ambo fuerint impediti: propter cõſonantiam figuræ, aufert ex quib. prædiximus malis, erit ueruntamen in multa turbatione & multa opera tractans. Et ſi Luna ipſum aſpexerit in duobus temporibus per quadratum & ambo fuerint impediti, ducetur ad contentiones & ægritudines, & corrumpentur facultates eius, & cõtriſtabitur per diuitias, & patietur uiolentiam à quibuſdã & inuidebunt ei: poterit tamen nocere quibus uoluerit. Et ſi aſpexerit eum Luna per oppoſitum in duobus temporibus, & ambo fuerint impediti: ruet in cõtentiones et inimicitias, & lædetur ab aliquo potente multotiens, et iraſcetur contra eum, et triſtabitur propter mulieres et cõſanguineos & filios et diuitias. Si uerò cõiuncta fuerit ei Luna in duobus temporibus exiſtens ſub radijs, ſuſtinebit timores et nocumẽta diuerſa & cõtriſtabit̃ ab aliqua poteſtate et occaſione parentum. Si uero cõfigurationes prædictæ in uno fuerint tẽpore: debiliores erunt conſignificationes euentuum.

De ſignificatione Solis de locis in quib. fuerit exiſtens dominus anni.

SOl cũ fuerit dominus anni, & tã in natiuitate quã in reuolutione in angulo fuerit: erit ipſe cuius eſt reuolutio glorioſus, & inueniet bona et laudabit̃ à plurib. Et ſi fuerit in horoſcopo uel in medio cœli, auget̃ gloria eius et famoſus erit præ ſodalib. ſuis, et obtinebit bona à rege. Et ſi fuerit in occidẽte, cõmittent̃ ſibi gubernationes diuerſę, & dominabitur inimicis, & incolumitate erit, & utilitatẽ à mulierib. habebit. Et ſi fuerit in angulo terrę, habebit cõmodũ cauſa humanationũ parentũ et ſenũ. Si uerò Sol fuerit in duob. temporibus in locis his mali eſſe, lædet̃ ſecundũ ſignificationẽ anguli in q̃ eſt: et terrores ſuſtinebit à rege. Itẽ ſi ☉ fuerit dominus anni, et in duob. tẽporib. in undecimo uel in quinto fuerit boni eſſe, erit in illo anno ipſe cuius eſt reuolutio per epulas et ueſtes laſciuiẽs, habebit et utilitatẽ ab amicis & gratulabit̃ in filijs uel addet̃ ſibi filius, et prouentus eius fient ampliores & recipiet hoſpites et diuerſas epulas. Et ſi fuerit in duob. temporib. mali eſſe cõtriſtabitur occaſione amicorũ, et q̃rundã habentiũ poteſtatem, malè q̃dem tractabũt eũ, & aduerſabitur eis, et contriſtabit̃ propter filios. Item ſi fuerit dñs anni exiſtens in duob. temporib. in nono uel in tertio boni eſſe, peregrinabit̃ ratione officialiũ, & laudabit̃ à plurib. & fidelitatem, et utilitatem habebũt per eũ fratres & conſanguinei ſui, ſimiliter iuuabitur et ipſe ab eis. Si uerò in locis ipſis fuerit mali eſſe obtrectabit̃ ei à plurib. ꝓpter dogmata, capiet et iter inutile, in q̃ patiet̃ impedimẽtũ, et cõtriſtabitur ꝑ aliq̃s peregrinos ꝑ fratrẽ & cõſanguineos. Itẽ ſi ☉ fuerit dñs anni exiſtens in duob. temp. boni eſſe in ſecũdo uel octauo: ſignificat in illo anno humilitatẽ & q̃tem, & quidã prouentus ei prouenient abſq; fatigatione et labore. Si uerò in his locis fuerit impeditus, ociũ & modicã utilitatẽ ſignificat, et afflictionẽ in mũdanis negocijs, negligentiã et deſidiã & contemptũ expedientiũ. Item ſi Sol fuerit dñs anni, exiſtẽs in duob. tempor. boni eſſe in ſexto, q̃tem et ſalutem ſignif. Si uerò fuerit mali eſſe, ſignific. ægritudinem à caliditate et ſiccitate, & dolores circa ſuperiores partes in capite & in oculis. Itẽ ſi Sol fuerit dñs anni, exiſtens in duob. tẽporib. in 12. boni eſſe, ſignificat q; erit ab inimicis ſuis illeſus, ſi uerò fuerit in mali eſſe, ſignificat diſtrictionẽ, anxietates et exiliũ. Item ſi ☉ fuerit tã in natiuitate q̃; in reuolutione in ſimili diſpoſitione erunt euentuum iudicia certiora, & ſi fuerint in alterutra: erunt debiliora.

De ſignificatione Veneris cum fuerit domina anni, & fuerit boni eſſe.

VEnus cũ fuerit domina anni, et tã in natiuitate q̃ in reuolutione fuerit boni eſſe, in propria domo, uel in loco in q̃ habet dignitatẽ, in illo anno ipſe cuius eſt reuolutio, erit in iucunditate & ludis uel tripudijs, & in cantilenis, et in coitu, et in ueſtimentorũ ornatu, iucũditatẽ et in unguẽtorũ unctiõe habebit familia-

2008 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA DEL OBSERVATORIO DE S. FERNANDO

familiaritatem & iucunditatem cum amicis,& alios amicos acquiret, & ducet uxorem,& utetur ornamentis. Et ſi fuerit in propria domo: proueniẽt ei huiuſmodi bona ab aliqua nota parte. Si uero in alieno loco: erunt ſibi in peregrinatione per ignotam perſonam. Conſiderandum eſt & radiationes, & partes, & duodenas particulas quib. coniungitur Venus uel configuratur in duobus temporibus, quod ſi fuerit conuenienti figura: indicat ſoſpitatem & proſperitatem ſecundũ ſignificationẽ ipſorũ. Itẽ ſi Venus fuerit domina anni & tam ipſa quã Mercurius in duobus temporibus fuerint boni eſſe, aſpiciente ipſam Mercurio per ſextilem: in illo anno amplectẽt iocos & delectationes & augebũtur filij & uxores eius, habebit etiã familiaritatem cum mulieribus doctis & pulchris, & cõmorabitur cũ eis in alacritatibus & in ornamentis, aſſociabitur etiam uiris peritis & eloquentibus & liberalibus & Ciuilibus, & erit cõſcius ſecretorum conſiliorum *. & quandoque contriſtabit̃ propriis quæ prædiximus. Item ſi aſpexerit ipſam Mercurius per quadratum in duobus temporibus Mercurio ſuper ipſam, uel ipſa ſuper Mercurium eleuata, in illo anno diligetur à pluribus, & adhærebit doctrinæ, & literis & diſciplinis & ornatui & picturis & augebitur dignitas eius, & gratulabitur in mulierib. ſpecioſis, contriſtabitur tum per aliqua tempora, pro quibuſdam impedimentis. Si uero coniunctus fuerit ei Mercurius in duobus temporibus & ambo fuerint expediti: in illo anno amplectetur tripudia & iucũditates, & adhęrebit Mulierib. eruditis, & gratulabit̃ ſuper eis et ſuper filiis & adaptabit cõpoſitiones ſermonũ, & cõcordantias quarundam rerum, picturas & ornatus atque unguenta odorifera & augmentabitur ſubtilitas ingenij ſui, & benefaciet pluribus & ſciet plura de ſecretis conciliis, & laborem ſuſtinebit, & iter arripiet. Itẽ ſi Venus fuerit domina anni & cõ figurata fuerit ei Luna tam in natiuitate quam in reuolutione à trino uel ſextili aſpectu erit in exaltatione in illo anno, & gratulabitur in mulieribus tã ſuis quã alienis, & forte pueros concupiſcet & utetur tripudijs. Si uero configurata ei fuerit per quadratum & Luna fuerit eleuata: addentur ſibi diuitiæ in illo anno, & cõtriſtabitur propter mulieres et uoluptates. Et ſi Venus fuerit eleuata, erit in illo anno dilectus à plurib. et bene tractabilis, Contriſtabitur tum propter coniugium & mulieres & concubet cum mulieribus ignobilibus, & erit proſperum eſſe matris ſuę. Et ſi Luna ipſam aſpexerit per oppoſitum in duobus tẽporibus, contriſtabitur occaſione mulierum & filiarum. & ſi coniuncta fuerit ei duobus tẽporibus: erit hilaris et eruditus, et curam habebit de alienis mulieribus, ſuas deſpiciens et tædium habebit ad eas.

Id fieri ſolet cũs qui poteſt χρονικῶς fortaſſe poteſt.

DE SIGNIFICATIONE Veneris dominæ anni, cum fuerit impedita.

VEnus cum fuerit domina anni, et fuerit mali eſſe tã in natiuitate quã in reuolutione, in ſigno etiã alieno: patiet̃ in illo anno anxietates et magna pericula ac manifeſta in omnibns actibus uenereis, contriſtabitur in illo anno ſuper mulierib. et filijs et amicis, et propter ornatum, tripudia, et ueſtes, cibos etiam et potus, et ſi habuerit aliquã dignitatẽ in ſigno illo: contriſtabit̃ propter mulieres proprias. Si uero nõ habuerit: propter alienas. Et ſi fuerit in ſigno odioſo ſibi: patiet̃ huiuſmodi ab inimicis, et occaſione ipſorum. Si uero in ſigno amicabili ſibi: patietur huiuſmodi ab amicis. Et ſi ſignũ in quo eſt, nõ eſt de ſignis ſimilitudinum hominis, indicat infirmitatem amoris, et ægritudinẽ et triſtitiã, in mulierib. quoq; et matribus et in eſſe earũ. Et ſi fuerit Venus retrograda uel ſub radijs: prædicta ratificat, et turbabũtur alacritas eius, et delectationes, et cõtriſtabitur propter eas, et incurret læſiones occaſione uoluptatis. Si uero ſic diſpoſita fuerit cum parte cõiugij: indicat defectionẽ ꝓpter mulieres. Oportet aũt cõſiderare et radiatiões et partes et duodenas particulas, qbus coniũgit̃ Venus, uel qbus cõfigurat̃ aſpectu cõtrario. Itẽ ſi Venus fuerit domina anni, et fuerit impedita: indicat impedimentum in rebus quarũ

2008 Ministerio de Cultura

quarum est significatrix. Item si Venus fuerit domina anni, & tam ipsa quã Mercurius fuerint mali esse, aspexeritq; eã Mercurius per sextilem: significat mœrores & perturbationes in his reb. quas significatur idem aspectus cũ planetæ ipsi extiterunt boni esse. Si uerò configuratus fuerit Mercurius Veneri per quadratum, & ambo fuerint mali esse, contristabitur et lędetur, et erit infamis occasione mulierum & uillicationum & in omnibus his quæ significabant quando configurabantur ad inuicem tali modo, planetis ipsis existentibus boni esse, et si coniunctus ei fuerit in duobus temporibus, & ambo fuerint impediti, studebit super mulieribus & tripudijs & alacritatibus, et patietur incommoda propter ipsa, amplius et propter literas, & propter notariatum, & in his omnibus quæ significabant, planetis ipsis existentibus boni esse. Item si Venus fuerit domina anni et tam ipsa quã Luna fuerit in duobus temporibus mali esse, aspexerintq; se adinuicem per trinum aut sextilẽ conspectum, in illo anno erit ualde uarius ad concubitus & mulieres, & patiet̃ tristitiam propter eas à matribus, et peruenient ei rumores sinistri diuersi, & impedietur circa iucũditates suas, et delectationes. Et si Luna ipsam aspexerit in duobus temporibus per quadratum, et ambo fuerint mali esse, Luna super Venerem eleuata, lædetur gratia mulierũ, & contristabitur propter diuitias. Si uerò Venus fuerit eleuata, malè procurabit res proprias, & contristabitur propter facultates & coniugium, et concumbet cum mulieribus uilibus. Si uerò Luna ipsam aspexerit per oppositum: contristabit̃ propter cõiugium & ægrotabit, uel morietur aliquis de filijs suis. Item si Luna fuerit ei coniuncta in duob. temporibus, & ambæ fuerint mali esse: anxietates patietur à quibusdam uiris eloquentibus & contentionem habebit cum cõsanguineis suis, & hic quidem coniungetur mulieribus alienis. mulieres uerò cum alienis uiris. Si uerò aspectus fuerit in uno in duobus temporibus erunt debiliores diffinitiones euentus.

DE VENERE CVM FVERIT domina anni de locis uidelicet in quibus fuerit inuenta.

VEnus cum fuerit domina anni & tam in natiuitate quam in reuolutione fuerit in angulis expedita, significat quod ipse cuius est reuolutio †strangulabitur propter diuersas causas, & habebit gratiam ab habẽtibus potestatem atq; principibus augmentabitur gloria eius & diuitiæ & animalia sua et †hostis regum perseuerabit, et diuersis uestibus delectabitur, & gaudebit in mulieribus, & multiplicabitur coitus eius, & obtinebit desideria sua, augebitur etiam mobilis eius substantia. Et si fuerit retrograda in his locis: obtinebit quidem prædicta, ex modis, ueruntamen in honestibus. Si uerò fuerit mali esse: erit turbatus circa uitam suam, & patietur aliqua damna, et quidam obloquetur de eo et contentiones habebit cum quibusdam & tristitias, & anxietatem secundum naturam anguli in quo est. Et si impedita fuerit à Saturno: patiet̃ ægritudines diuersas frigidas & contrarias, ueluti frigorã & epilepticas atque phreneticas passiones. Et si à Marte fuerit impedita: contristabitur gratia mulierum & coitus etiam incendium patietur uel latrocinia, uel ebullitio sanguinis fiet in eo. Et si in quarto fuerit: uidebit obitum mulieris. Et cum Venus fuerit domina anni, & fuerit in duobus temporibus in quinto uel in undecimo, boni esse, habebit additamentum mulierum, amicorum & rerum, & gratulabitur super filijs, uel habebit filium. Si uerò fuerit mali esse: contristabitur sine causa, uel propter mulieres & filium, & de amicis faciet inimicos. Item si fuerit in nono uel in tertio aspectu in duobus temporibus boni esse: arripiet iter in illo anno & inueniet prospera in itinere, & laudabitur à pluribus, & utilitatem habebit à fratribus & cognatis, & quędã de mulieribus suis peregrinabitur, et si fuerit mali esse, iter arripiet inexpediẽs, & quidam reputabũt ipsum esse infidelem, & cum ami-

uarijs negocijs implicabitur.

in hostes.

2008 Ministerio de Cultura

cum amicis suis contendet,& pars diuitiarum destruetur. Si uero fuerit uel in octauo uel in secundo in duob. temporibus boni esse:utilitatem habebit à utilibus ꝑsonis, uel à malo actu, propriè uero in octauo, significat multitudinẽ expensarũ: & si in secundo fuerit impedita, significat desidiã eius & negligentiã eius et diuitiarũ diminutionẽ. Et si fuerit in octauo: indicat inutilitatem & rixas.Item si fuerit in duob. temporibus in sexto uel in duodecimo boni esse: habebit utilitatem à uilibus hominibus & causa uenenorum.Et si fuerit impedita in sexto:significat ęgritudinẽ et si impedimentũ fuerit à Saturno: erit ægritudo à cholera nigra, à Marte uerò à sanguine:à Sole siquidẽ à caliditate.Si uerò fuerit impedita in duodecimo,Contristabit ab inimicis,et detentionẽ patiet.Et si Venus tam in Natiuitate quam in reuolutione similem dispositionem habuerit in eodem loco existẽs:certiora erunt iudicia.si uerò fuerit alterata:erũt debiliora,Item si Venus fuerit reuolutionis tẽpore,cadens ab angulo, significat quod gaudiũ eius cuius est reuolutio,confundetur & lęsionem habebit propter cibos & potus, & maximè si annus desierit in locum Saturni uel Saturnus fuerit in aliquo angulo reuolutionis.

uenationum.

DE SIGNIFICATIONE Mercurij cum fuerit dominus Anni & fuerit boni esse.

MErcurius cum fuerit dominus anni,& fuerit boni esse,tam in Natiuitate quam in Reuolutione,significat in illo anno acquisitionem diuitiarum & laudem à plurib. & utilitatẽ habebit occasione negociationib. et intellectus & scientiæ & doctrinæ & orationum & † dispositionum & cõtentionis & quarundam uillicationũ * & placebit & uidebitur ab omnib. & laudabitur à pluribus. Oportet quoque aspicere & radiationes & partes & duodenas particulas,quibus coniungitur uel configuratur Mercurius in duobus temporibus. Indicat enim felicitatem in rebus illis quibus significant. Item cum fuerit Mercurius dominus anni,et tam ipse quam Luna fuerit boni esse,& configurati fuerint adinuicem à trino uel sextili aspectu: ipse cuius est reuolutio ad diuersas disciplinas perueniet. Et si Luna ipsum aspexerit in duobus temporibus per quadratum & fuerit boni esse super ipsam Mercurio eleuato: addetur scientia eius & prudentia & contristabitur propter plura. Si uerò Luna fuerit eleuata : in illo anno erit inanis & fordidus & incõstans in omnibus. Et si aspexerit ipsum in duobus temporibus per oppositum & ambo fuerint boni esse inimicitiam tenebit contra aliquos & superabit omnes resistentes sibi & contendentes. Si uerò coniuncta fuerit sibi in duobus temporibus,& ambo fuerint boni esse:in illo anno augebitur disciplina eius atq; scientia, dabit pluribus de sua scientia, & erit laudabilis, & familiaritatem habebit cum uilibus personis, et si habuerit matrem addetur scientia eius et prudentia et uillicatio. Cum his omnib. si inspectus fuerit in uno de duobus, multam partẽ aufert significationis.

pronunciationum

DE MERCVRIO CVM fuerit dominus anni,& fuerit mali esse.

MErcurius cum fuerit dominus anni, & tam in natiuitate quam in reuolutione fuerit mali esse: patietur in illo anno diuersa incommoda occasione seruorum, uel filiorum, uel uilium personarum, aut disciplinarum, aut sociorum, uel notatiorum & literarum,& uillicationum,& sermonum, & contentionis, & rixæ, deficiet etiam † species eius & desperatus erit ab omni utilitate. Si uero fuerit occidentalis & tam ipse quam pars filiorũ fuerint impediti: patietur filius eius ac serui aduersitates.Etsi coniunctus fuerit parti amicorum, erit impedimẽtum ab amicis. Si uerò parti operis uel regni : erit impedimentum ab aliquibus habentibus potestatem & uincula ac compedes sustinebit & diuersa incõmoda patietur. Si uero Oriẽtalis fuerit minora erunt prædicta. Cum uerò dominus anni fuerit et tam ipse quã Luna fuerit,

spes

2008 Ministerio de Cultura

fuerit mali esse in duobus temporibus, & cõfigurata fuerint ad inuicem per trinum uel sextilem aspectum, patietur tristitias occasione itineris, amicorum etiam uel disciplinarum, uel perditionis quorundam. Si uerò fuerit per quadratum, tristitiã patietur, † includetur à pluribus occasione literarum, et includetur uel incarcerabitur. Et si Luna fuerit eleuata: erit timidus in illo anno, & instabilis. Item si aspexerint se adinuicẽ per oppositũ, & fuerint impediti: erit & sic timidus, & contentiones habebit ac inimicitias, et si coniuncta ei fuerit Luna in duobus temporibus erit facile conuertibilis, & finget aliqua mendacia, & patietur læsionem propter uiles personas. Configurationes autem Mercurij cum reliquis stellis prædiximus, tu autẽ tuo intellectu discerne iudiciorum commixtiones.

DE SIGNIFICATIONE Mercurij, cum fuerit dominus anni, de loco in quo inuentus fuerit.

MErcurius autem cum fuerit dominus anni & in angulo tam in natiuitate quam in reuolutione liber à malis: significat quod ipse cuius est reuolutio inueniet dignitatẽ & gloriã, & à literis & negotiatione, & seruitio dominãtiũ. augmentabitur autem sciẽtia eius, et acquiret disciplinam, & laudabit̃ propter ista, et maximè si fuerit in ascendente, uel in medio cœli, & si in his locis fuerit impeditus, occurrent ei in illo anno tristitiæ occasione literarum uel computorum, & ægrotabit, & quamcunq; negotiationẽ tractabit, damnũ faciet, & in septimo uel in quarto existens significat contentiones cum consanguineis. Et si retrogradus fuerit: accusabitur propter coitum, ægrotabit ægritudine secũdum naturam impedientis planetæ. Item si Mercurius fuerit in duobus temporib. in undecimo, uel in quinto, expeditus à malis, obtinebit plura bona in illo anno, & amicabitur uiris potentibus & officialibus, & erit in lucris & negotiationibus et uenditionibus & emptionibus, et si habuerit filium gratulabitur super eo, uel nascetur ei filius, si radix natiuitatis eius significauerit filiorum natiuitatem. Si uerò in his locis fuerit impeditus: inimicabunt̃ ei filij sui, et erit hebes ad intelligendum, & si habuerit filium, ægrotabit, & forte morietur, & si retrogradus fuerit, ipse cuius est reuolutio, erit in ambiguitate ad agendum expedientia. Item si fuerit in nono uel in tertio: peregrinabitur in illo anno, & inueniet in peregrinatione sua bona, ipso scilicet existente in bono esse, tam in natiuitate quam in reuolutione, uidebit etiam somnia manifesta, & laudabitur super dogmate & fide et prudẽtia & optimis uillicationibus & sciet diligenter res, et utilitatem habebunt per eum tam fratres eius quàm noti. Si uerò in his locis fuerit mali esse in ambobus temporibus, illo anno peregrinabitur, & patietur læsionem in peregrinatione, & dubitationẽ de fide sua, et propterea conuicia patietur et uidebit somnia terribilia, & damnificabitur in negociationibus, & in uenditionibus ac emptionibus, & odio habebit sorores & consanguineos suos. Item si Mercurius fuerit in duob. temporibus, in loco secundo uel in octauo, liber à malis, habebit utilitatem ex uenditione & emptione, & prosperitatem habebit in esse suo. Si uerò fuerit mali esse, damnificabit̃ & in agendis suis erit fallibilis, & contentiones habebit propter diuitias. Item si Mercurius fuerit in duobus temporibus boni esse in loco duodecimo, uel in sexto: in illo anno erit negligens circa diuitiarum acquisitionem & desescirca negotiationes & utilitates, acquiret autẽ hæc à quibusdam uilibus hominibus, & ab aliquo actu modico & uili. Et si fuerit in duobus temporibus impeditus: euenient ei ęgritudines iuxta naturam planetæ impedientis ipsum. Et si Saturnus impedierit eum: ægrotabit uẽ tositatibus per frigiditatem, patietur & arthritidem & neruorum ac fibrarũ (fortasse febrium) dolores. Si uero impedierit Mars: ægrotabit à repletione sanguinis et similibus, & apprehendetur in q bus non fecit, & accusabitur de his quæ non egit, et detẽtiones & tristitias patiet̃.

2008 Ministerio de Cultura

Et si Mercurius fuerit in aliquo loco natiuitatis figura, fueritq; in eodem loco et in simili dispositione etiam reuolutionis figura: erunt certiora iudicia. Si uero figuræ fuerint alteratæ, oportet ipsas cõmiscere, & secundum utriusq; completionem diffinire.

DE LVNA CVM FVERIT domina anni, & fuerit boni esse.

LVna cum fuerit domina anni erunt fines euentuum secundum dispositionem diuisoris & domini signi in quo est diuisio ab Hylegia qualiscunq; fuerit Hyleg, accipimus autem participem & planetam, qui fuerit siue secũdum natiuitatem siue secundum reuolutionem in cancro, planetam etiam cui coniungitur Luna in signo quo fuerit, duob. planetis diuidimus annũ in duo. Si uero tribus in tria, & si pluribus, in plura, & diffinimus secundum unumquemque planetam sicut dispositus fuerit. Summus autem in testimonium esse Luna. Si enim benè dispositа fuerit: indicat prosperum esse ei cuius est reuolutio. In his uidelicet quę significauerit Luna. Si uero malè: contrarium & languores. Et si fuerit septentrionalis & aucta numeris indicat bona. Si uero meridionalis & minuta: contraria & maximè si fuerit minuta Lunę. Oportet autem obseruare & coniunctiones eius ad radios & partes & duodenas particulas, significationis quidem eius, quam significant, cum affigurata fuerit cum planetis prædictis. Oportet autem aspicere & signũ in quo fuerit Luna tempore reuolutionis, habet enim æqualem planetã horoscopo anni. Et si fuerit in signo proprio boni esse, omnia quæcunque inceperit euenient sibi prospera, & si fuerit impedita indicat impedimenta secundum naturam impedientis planetæ. et si fuerit cursu uacua, & in signo Saturni: utilitatem habebit per terras & puteos & plantas cum ipse fuerit boni esse, sed si fuerit mali esse, significat afflictiones & anxietates & uulnera. Et si fuerit in domo Iouis, cum idem fuerit boni esse: cõmendabitur à pluribus, & perducet ad finem quæcunque inceperit, & hæreditabit paternas diuitias, & sibi aliqua operatio committetur. Si uero fuerit mali esse, indicat mœrores diuersos & accusabitur ab aliquibus. Et si fuerit in domo Martis, existente ipso in medio cœli: indicat lęsiones à subiugalibus & corporis incisionem per ferrum & fluxum sanguinis. Non autem solum oportet considerare Lunam, cum domina fuerit anni, sed etiam dominum signi in quo est. Si enim fuerit in domo Saturni, ipso ab impedimentis libero existente, significat uidelicet bona, & si fuerit impeditus, contraria, idem est & in reliquis planetis. Item cum planeta eleuatus fuerit super dominum anni ostendit operationem eius. Si enim super Iouem existentem dominum anni eleuatus fuerit Sol: præbet aliquam potestatem, super Martem uero peregrinationem. Et si Sol fuerit boni esse, erit peregrinatio bona, si uero fuerit mali esse, contraria. Et si Saturnus fuerit eleuatus super Solem in duodecimo, significat contrarias & inutiles peregrinationes & eiectiones de loco in locum & carcerem, & impedimenta.

DE SIGNIFICATIONE ascendentis reuolutionis.

POst dominum anni diuisor habet significationem suam, sed nos ad hoc qd sermo procedat secũdum ordinem mentionem fecimus, de ascẽdente anni & domini eius, pro eo quod ipse habet communitatem cum signo reuolutionis & domino eius. Oportet igitur te scire ascendens anni & signum reuolutionis, ac locum domini eius, loca etiã reliquorum planetarum. Virtutes enim natiuitatis planetarum & reuolutionis cognoscuntur ab anni figura & angulis eius, et reliquis locis, unusquisq; igitur locus propriam habet significationẽ. Et anguli quidẽ significãt ea q̃ sunt corporis, atq; honores, mulieres etiam ac parentes. Succedentia uerò significãt ea quæ sunt substantiæ. filios quoq; ac mortuos, prosperitatem & amicos ac bonam famam. Cadentia uerò significant fratres, & ægritudines & itinera inimicosq; atq; contentiones & malas famas & impedi-

menta

2008 Ministerio de Cultura

dimenta ac carcerem, adeſt autem unicuiq; propria quædã ſignificatio manifeſta his qui diligenter tractãt aſtrologiã. Oſtẽdit aũt ſignificationẽ uniuſcuiuſq; domus planeta qui ingreditur in eam. Dñs ergo aſcendentis reuolutionis, utrorũ tempore boni eſſe.* Ipſe cuius eſt reuolutio inueniet bona & gloriam. Et ſi fuerit in aſcendente uel in medio cœli: erit ſanus corpore, & adipiſcetur dignitatem & gradum. Si uerò fuerit in ſeptimo uel in quarto: augmentabuntur cõſanguinei eius & mulieres & ſubditi. Et ſi fuerit mali eſſe in locis ipſis ab huiuſmodi perſonis ledetur. Deinde oportet aſpicere ipſum in quo loco figuræ fuerit, & quibus planetarum coniunctus, uel qui coniuncti fuerint ei, & quam ſignificationem habuerit ſolus, quam & coniunctus cum domino profectionis, uel cum aſcendente natiuitatis, cum domino etiam eius ac Luna, & reliquis planetis, & locis beneuolorum uel maleuolorum tam natiuitatis quam reuolutionis. Quando igitur fuerit in aſcendẽte anni maleuolus: erit ualde impediens, & maximè ſi impedierit Lunã uel dominũ anni. Si igitur fuerit Mars: ſignificat quod inimici eius inuitiabuntur ei. Et ſi fuerit Saturnus: indicat ægritudinem & nocumenta, & detentionem, & carcerem ac ſimilia, oportet autem cum his aſſumere & naturam ſigni in quo eſt. Et ſi fuerit aliquis de maleuolis in quadratis aſcendentis anni, ipſe uero dominus aſcendentis in bono loco, configuratus cum beneuolis, & aſpexerit aſcendens: plures de aduerſitatibus aufert quas ſignificauit maleuolus. Item ſi fuerit alter de duobus maleuolis in aſcendente anni, alter uero in aſcendente natiuitatis: indicat annum eſſe cõtrarium, & ualde difficilem, ſi uero unus eorum fuerit boni eſſe: ualde aufert de prauitate. Item ſi fuerit in aſcendente natiuitatis maleuolus: annus uero ad ipſum peruenerit, contingit autem aſcendens anni eſſe ſignum ipſum, aſpexeritq; ipſum ſecundum reuolutionem maleuolus aſpectu contrario, quamuis reliqui planetæ fuerint boni eſſe: tamẽ in illo anno patietur incommoda & languores ſecundum naturam maleuoli, & ſi ſic ſe habeat maleuolus, ut prædicitur, & cum eo dominus aſcẽdentis reuolutionis, uel dominus ſigni profectionis fuerit mali eſſe: timendum eſt, ne forte moriatur. Et ſi maleuolus in quarto loco fuerit impediẽs dominum anni: plus erit timendum. Si uero in loco ipſo pro maleuolo erit beneuolus, ſignificat incolumitatem & ſalutem & alacritatem, & acquiſitionem etiam bonorum ſecundum naturam beneuoli. Item ſi Mars & Saturnus fuerint in medio cœli reuolutionis tempore: faciunt ociũ & ſegniciem, & deſidiam, & † utilitatem per totum annum, & conſumet diuitias inutiliter & huiuſmodi. Si uero aliquis planeta in illo anno ſignificauerit ſibi quiddam bonum: erit bonum ipſum de facili conuertibile, & leuiter deſtructibile. Cum autem Sol uel Luna fuerit in Reuolutione cum Saturno in angulo in quarto loco: ſignificat mortẽ patris uel matris. Cum uero peruenerit annus in loco bono fueritq; dominus anni in loco malo, uel peruenerit annus in loco malo, fueritq; dominus eius in loco bono: indicat mediocritatem tam bonorum quam malorum. Item cum annus peruenerit ad maleuolum, fueritq; † maleuolus ibidem: maleuoli impediũtur operationes. Et ſi peruenerit annus in loco ſecundo, fueritq; in eo in natiuitate maleuolus: indicat damna & expenſas inutiles, & maximè ſi in angulo fuerint maleuoli in reuolutione illius anni, uel in ſuccedentibus angulorum. Si uero in cadentibus ab angulis fuerint: erunt mala leuiora. Item cum annus peruenerit in locum peregrinationis fueritq; ibidem ſecundũ natiuitatem Saturnus, idem etiam in reuolutione inconuenienter aſpexerit locum ipſum, Lunam etiam per quadratum, fueritq; Mars curſu tardior in aſcendente natiuitatis, Iupiter etiam fuerit in aſcendente anni: præſentia quidẽ Iouis in aſcendente, ſignificat exaltationem & dignitatem & potentiam, tamen non erit placida anima eius in actu, Saturnus uero & Mars ſignificant incommodum, & detentiones, & carcerem, & tormenta, & timo

in natiui, quam in reuolutione.

utilitatem.

beneuolus.

2008 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA DEL

& timorem à latronibus,& inimicitias, & iniurias, & nocumenta & mœrores. Item si signum profectionis sextum fuerit signum in figura reuolutionis, aspexerintque ipsum maleuoli,nullo beneuolo ipsum aspiciente: significat prauum languorem. Item cum annus peruenerit in sexto loco siue in duodecimo siue in quarto siue in septimo siue in septimo siue in octauo,non erit bonum, & maximè si dominus eius fuerit tempore reuolutionis,uel retrogradus uel stationarius. secundarius aut configuratus maleuolo.Item si peruenerit annus in secundum locum natiuitatis, fueritque domina anni Venus existens simul cum Saturno in angulo terræ,eritque ascendens reuolutionis octauus locus natiuitatis: indicat impedimenta & detrimenta praua. Item cum peruenerit annus in duodecimum locum natiuitatis, fueritque dominus eius Iupiter & contingit ipsum esse simul cum Saturno in septimo loco, fueritq; Mars in angulo terræ,significat inimicitias læsionis & periculum mortis propriæ. Item cum peruenit annus in locum connubij, fueritque tempore reuolutionis dominus eius ac Luna in oppositis triplicitatum suarum uel exaltationum: ipse cuius est reuolutio habebit odio suam patriam & in aliam peregrinabitur regionem. Item cum peruenerit dominus anni in occidentali angulo impeditus:significat exilium à patria & pericula grauia. Item cum peruenerit annus patris ab aliquo loco qui significat esse patris,ad aliquem locum,fueritque dominus eius coniunctus domino tertij loci ab ascendente natiuitatis: significat quod pater habebit filium,uel filius habebit fratrem.Item cum fuerit signum profectionis & ascendens reuolutionis idem cum ascendente natiuitatis, fueritq; unũ de luminaribus dominus anni eclipsãs,uel cũ cauda draconis,Saturno ipsum aspiciente:indicat detrimenta & seditiones à communi populo contra eum. Item cum fuerit filiorum locus sagittarius, fueritque sagittarius ascendens reuolutionis, & in ipso Saturnus per transitum, fueritque Iupiter & Mars & Mercurius & Venus in Leone in ascendente Natiuitatis,aspexeritque Mars Lunam ex opposito per gradum: indicat timorem & carcerem, & detentiones , & læsionem filiorum, & salutem postea.Item cum quintus locus natiuitatis fuerit dominus Saturni, fueritq; per reuolutionem angulus terræ: significat filiorum obitum uel maximè detrimentum. Si uero peruenerit annus ad huiusmodi quintum locum, fueritque Saturnus dominus anni in bono esse:significat filij modicam læsionem.Item cum annus peruenerit in locum in quo fuerit natiuitatis tempore, Saturnus & Mars,in figura uerò reuolutionis quadratura fuerit ascendentis: indicat læsionem,& iniurias, & impedimenta circa substantiam. Item si fuerit dominus anni Saturnus uel Mars, fueritque in ascendente reuolutionis in loco uidel:in quo non habeat dignitatẽ,& maximè si fuerit secundum natiuitatem in ascendente,uel in eius opposito uel quadrato: Saturnus quidem significat infirmitates & ęgritudines longas, Mars uero significat timorem & carcerem & in diuitijs detrimentum. Item cum fuerit Saturnus dominus anni fueritque sub terra, Mars uero ad locum suum secundum natiuitatem peruenerit,& coniunctus fuerit ibidem Saturno,dominus etiam ascendentis reuolutionis fuerit in septimo loco, uel sub radijs,beneuolis in cadentibus ab angulis existentibus:indicat detrimentũ et detentionẽ per totum annum.Item,cũ annus pertienerit in locum Iouis, fueritq; Iupiter per transitum boni esse, aspiciẽs locũ suũ,quẽ natiuitatis tẽpore possidebat,fuerit aũt & dñs anni nõ cadẽs ab angulis:Indicat prosperitates & abundantia bona,& si habuerit Iupiter multã significationem in illo.Cum peruenerit ascendens reuolutionis signum, in quo fuerat in figura natiuitatis maleuolus, uel signum profectionis illum tanquam dominum anni aspiciat maleuolum, & maximè si dñs signi profectionis,uel dominus ascendentis reuolutionis,non aspexit suum dominũ.Item cũ Mars fuerit dominus anni peruenerítque Saturnus

2008 Ministerio de Cultura

nus in reuolutione ad locum Martis secundum natiuitatem, fueritque Mars in reuolutione anni in angulo uel in succedentibus angulorum, & super Venerem eleuatus beneuolis quoque cadentibus: significat asperitatem anni, timorem etiam & detentiones, & carcerem, & nocumenta á ducibus & principibus. Item cum fuerit ascendens anni signũ in quo fuerit Sol & Luna, oportet accipere dominum luminaris habentis significationem in anno. Cum autem Sol & Luna in reuolutiõe anni fuerint mali esse: fuerintque in loco septimo uel in quarto reuolutionis figuræ, & maximè si fuerint cũ capite uel cauda draconis: significãt mortem parentum, et maximè si secundum natiuitatẽ significarunt esse eorum. Item cum est Iupiter in reuolutione anni in capricorno, fueritque impeditus à Saturno quoque & Marte ac Sole: significat læsiones & destructiones. Item cum fuerit maleuolus cum domino anni in ascendente reuolutionis et impedierit Lunam: significat impedimẽtum anni. Item si retrogradus fuerit dominus alicuius secundum natiuitatem uel secundum reuolutionem locorum uel sub radijs uel ab aliquo malorum fuerit impeditus, uel in loco fuerit inimico: significat læsionẽ secundũ stationem illius loci, siue locus ille significator fuerit diuitiarum, siue stabilitatis aut aliarum quarumlibet rerum. Item cum fuerit dominus anni maleuolus, fueritque secundum natiuitatem in sexto loco & impedierit per reuolutionem Lunã, beneuoli uerò aspexerint Lunam secundum reuolutionem à bonis locis, fueritque maleuolus in ascendente anni: indicat detrimenta maxima & longum langurorem. Item cum fuerit dominus anni beneuolus fueritque in ascendente reuolutionis maleuolus, impeditur autem Luna ab aliquo eorum, uel * alio: indicat pessimam læsionem ab inimicis, & damnũ maximum, amputabit etiam aliquod membrum eius, & timor erit de anima eius, & maximè * de aspiciente ascendens beneuolo. Item cum fuerit dominus Anni beneuolus, & retrogradus, aspexeritq; ipsum Mars per transitum ex opposito, Luna etiam à quadrato, fueritque impeditum ascendens anni siue per Solẽ siue per quemcunque modorũ, domino eius nõ aspiciente ipsum: maxima nocumenta significat in corpore, & ab inimicis et latronibus, damna etiã et perditionem diuitiarum. Item cum fuerit dominus anni ♄, & restitutus fuerit in locũ, quẽ natiuitatis tempore perhibebat, aspexeritq; ipsum per reuolutionẽ Mars: significat detrimentũ secundũ stationẽ domus in qua fuerit Saturnus. Si uero in ascendente reuolutionis, aut cũ ☽: læsionẽ significat corporis. Item cum dominus anni et ascendẽs reuolutionis et dñs eius ac ☽ fuerint impediti ab aliq; à coniunctione, uel à quadrato uel ab oppositio: significat destructionẽ eius, & damnum diuitiarum. Si uero Iupiter uel Venus cum ☽ fuerint, uel cũ dño anni: eripiet ab ipsis impedimentis. Itẽ cũ fuerit ☾ secundum reuolutionem in Cãcro, et Sol in ariete, & impedimentũ à Marte * à Cãcro: significat detrimẽta & destructiones. Item cum fuerit Luna secundũ reuolutionẽ in signo masculino & impedit simul à Saturno quoq; & Marte, fueritq; dñs loci maleuolus: significat aduersitates & læsiones. Itẽ cũ fuerit dñs anni impeditus ab aliq; maleuolo: erit annus timoris & multarũ sollicitudinũ ac dãnorũ. Si uero cõfiguratus fuerit ei Iupiter: indicat ab huiusmodi liberationẽ. Itẽ cũ fuerit dñs anni Mercurius, & fuerit impeditus à Marte in occidẽtali angulo: significat obitũ † similiter fratrũ. Item cum fuerit dñs anni secundũ natiuitatem, in decimo tẽpore uero reuolutionis similiter in decimo uel in undecimo à beneuolis inspectus: significat inuentionẽ diuitiarũ & potestatis. Itẽ cũ fuerit dñs anni in decimo secundũ natiuitatẽ & secũdũ reuolutionẽ significat alicuius dignitatis obtẽtũ. Itẽ cũ dñs anni fuerit secũdũ natiuitatẽ in cadenti ab angulo & sub radijs, & secũdũ reuolutionẽ in sexto uel in octauo uel sub radijs & cũ ♄ cõfiguratur: significat successionẽ officij & uocationem & ocium, amplius autem impedimenta morti similia. Item cum fuerit Iupiter boni esse secũdum natiuitatem,

non

† suorum.

2008 Ministerio de Cultura

in reuolutione uero in angulis, aspexerítque dominũ anni: significat adipiscentiam gradus & honoris, ab officialibus quoq; & regibus committentur ei utilia opera, & prosperitatem habebit in operationibus suis & uillicationibus. Itẽ cum fuerit dominus anni occidentalis etiam in domo inimicantis sibi uel in sexto uel in duodecimo cũ Saturno uel ♂ configuratus, Ioue cadente ab angulo, & non aspiciente Lunam, † non dominum anni: significat pati defectiones animi, & iniurias ab inimicis. Item cum peruenerit annus in angulo terræ, uel in angulo occidentis, fueritque Saturnus ibidem, uel aspexerit locum ipsum aspectu contrario, timor est, ne forte ipse cuius est reuolutio moriatur. Regula quidem † sic & talis & in reuolutionibus annorum. Cum inueneris in ascendente reuolutionis maleuolum, ac maleuolus impedierit ascendens natiuitatis, uel Lunam, aut angulos: scito quod maximum inducis impedimentum. Si uero huiusmodi malus fuerit in ascendente per transitũ, uel impedierit aliquem de locis figuræ, inueneriscq; ipsum, quod nõ impediebat in natiuitate locũ huiusmodi: scias ipsum impedimentũ facere moderatum. Item cũ fuerit maleuolus orientalis, configuratus † beneuolo habueritq; aliquam dignitatem in ascendẽte †, uel Luna: utilitatem inducit per labores & afflictiones. Item cũ fuerint in ascendente reuolutionis beneuoli, uel ingredientur ad aliqua loca planetarum natiuitatis: moderatam utilitatem significant, si in natiuitatis initio aspectu congruo locum ipsum aspiciebant. Cum autem retrogradus fuerit uel sub radijs, uel cadens ab angulo: fit debiliot dominatio eius. Item cum fuerit ascendens reuolutionis signum in quo fuerat secundum natiuitatem maleuolus uel in utrisque maleuoli fuerint: significat transmutationem à loco, fugas & perditiones. Item cum fuerit maleuolus secundũ natiuitatem configuratus beneuolo, & tẽpore reuolutionis suæ coniunctus fuerit eidem beneuolo, seu cõfiguratus fuerit ab opposito uel quadrato: significat non modicam læsionem.

DE DIRECTIONIBVS in reuolutionibus accipiendis.

OPortet in reuolutionibus annorum † plura loca dirigere, quædam secũ dum natiuitatem, alia uero secundum reuolutionem, habet enim unusquisq; propriã significationẽ in his quæ nõ significat alius. Si enim significauerit in natiuitate aliquis planeta uel locus bonũ uel malũ: tũc apparet significatio, quãdo dominabitur planeta diuisionis per aliquot annorum circuitus, & quãdo gubernabit per corpus siue per iactũ radiorũ uel applicuerit ad beneuolos uel maleuolos. Oportet ergo quinq; Hylegiarum facere † directionẽ semotim, prima quidem Hylegia indicat annos uitæ, lãguores, etiã obitus qualitatem, reliquæ uero Hylegiæ significant sanitatem uel ægritudinem uel pericula & reliquas passiones, de quib. in subsequẽtibus mẽtionem faciemus. Similiter oportet dirigere partes omnes, ac duodenas particulas, & duodena loca, tam natiuitatis quã reuolutionis, nec nõ cõponere figuras mensiũ, & facere directionem earũ, & accipere gradus quidem in ascendente natiuitatis pro annis: in figura uero reuolutionis, pro mẽsib. uel dieb. in figura & quę mensiũ pro dieb. uel horis. Directionem autem ad sciendum locum diuisionis, & diuisorẽ in reuolutionibus annorum sic facies, aspice gradum ascendentis natiuitatis, cuius planetæ sit terminus: & quot gradus remanent ex gradibus terminorum planetæ, & uerte terminos ipsos in gradus ascensionum ciuitatis, in qua ipse natus est, & quot fuerint scribas. Deinde aspice sequẽtes terminos, quot graduũ sint & uerte ipsos in ascensiones, & sic facies per singulos terminos tam ab ascendente quam ab reliquis Hylegijs, planetis & partibus, ut sic fiat perfecta directio. Terminus autem ad quem annus peruenerit, ille est locus diuisionis, dominus uero eius, est diuisor, siue aspexerit ipsum uel non, directio quidem ascendentis & eorum qui sunt in eo fit per ascẽsiones ciuitatis in qua aliquis natus est, medij uero cœli directio, quarti

etiam

2008 Ministerio de Cultura

etiam & eorum qui sunt in eis, fit per ascensionem rectæ sphæræ. In alijs uerò locis directio fit, sicut præostẽdimus in nostris tractatibus. Deinde aspice quot gradus colliguntur et unumquemq; gradũ facias annũ unum, quinq; uero minuta mensem, & unum minutum sex dies, & decem secunda diem, & uiginti quinq; tertia horam unam, Persæ nominabãt diuisorem, eum scilicet qui inuenitur à directione gradus ascendentis per ascensiones Zamuctam quod aliud quam diuisor interpretatur. Oportet autem cum direxeris terminos considerare, & loca planetarũ, & iactus radiorum ipsorum. Sæpe quidem cõtingit in aliquo loco corpus planetæ uel radius, et quando peruenerit ad aliquẽ horũ directio, planeta ipse particeps cũ diuisore assumit, donec alius occurrat planeta siue p corpus, siue per radios, et hinc mutat dispositio à primo planeta in secundũ, & fit etiam ipse particeps diuisori, siue per corpus siue p radios fuerit obuiatio. Oportet aũt scire & loca partium & duodenarum particularũ, & quo peruenerit earum directio. Cum em̃ ad beneuolos siue maleuolos, per radios uel per corpus peruenerint: apparet earum significatio, siue bona fuerit, siue praua. Faciamus ergo exemplum ad significationem directonis et diuisionis, dispositionis etiã partiũ, & duodenarũ particularũ. Quidã † uero fuit natus in quarto climate in quadã ciuitate, cuius latitudo est gradum 36. Erat aũt ascendens Taurus, gradibus 2. minutis 54. & Luna in eo gradib. 12. & minutis 43. Mars in Leone gradibus 10. 29. Sol in Leone 15. 57. Mercurius in Leone 22. 7. retrogradus. Venus in Libra 2. 54. Iupiter in Capricorno 20. 26. retrogradus. Saturnus in Aquario † 33. 26. retrogradus, caput draconis in Virgine 21. 24. formauimus autem figuram, & ordinauimus in ea locationes planetarum ad radiationes ipsorum, partes etiam cadentes in ea, & reliqua, ut facilior fiat eorũ cognitio. Volendo igitur scire locũ diuisionis, & diuisorẽ q nominatur Zamuctã, & dirigere gradum ascendentis ad sciendum quãdo peruenit ad bonorum atq; malorum corporum, ad radios etiam ipsos atq; duodenas particulas & partes. Inueni Taurum in ascendente gradibus 2. & minutis 54. qui est terminus Veneris, nec inueni ab initio signi usque ad gradum ascendentis, corpus alicuius planetæ uel radium, & si inuenissem huiusmodi aliquid, dixissem quod gradus ascẽdentis disponitur ab illo planeta, & recepissem planetam ipsum participem Zamuctã scilicet diuisoris. Et quia ab initio signi usque ad gradum ascendentis, non inueni neque corpus planetæ neq; radium: accepi solam Venerem diuisorem, Inueni etiam infra gradũ ascendentis, & partem audaciæ siue animositatis gradus quatuor, minuta 20. q̃ sunt per ascensiones quarti climatis gradus 3. minuta 2. Disposuit quidem Venus secundum terminos suos, annos tres, & dies duodecim, deinde adhæret gradus ascendentis parti animositatis atq; audaciæ, adhuc remanentibus Veneri de gradibus suis minutis 46. quæ sunt per ascensiones minuta 32. & secũda 12. & per hoc diximus, quod Venus disposuit in sua diuisione partem animositatis & audaciæ mensibus sex, & diebus 13. qui sunt in summa anni tres, menses sex, & dies 25. Proximè deinde prouenit directio ad terminos Mercurij, & recipit ipsum diuisorem, & disponit partem animositatis atq; audaciæ per annum unum, & dies octo propè, & peruenit directio ad sextilem radium Saturni post quatuor annos, & menses 7. & dies tres propè, & disponit Saturnus per sextilem radium suum in diuisione Mercurij partem animositatis & audaciæ, per unum annum, menses 10. & dies 17. propè, & tũc occurrit pars profectus & uictoriæ, uidelicet post annos sex, & dies 22. propè, & disponet Saturnus per radium suum sextilem duas partes, partem uidelicet animositatis & audaciæ, & profectus & uictoriæ cum participatione Mercurij menses quinq;, & dies 29. qui fiunt in summa anni septem, & dies 21. propè. Deinde respicit Luna dispositionem corporaliter à sextili radiatione Saturni, et disponit duas partes proprio corpore participante Mercurio per menses 11. et dies 16. perficitur

Tractatus Hermetis.

† uir

23.

2008 Ministerio de Cultura

diuisio Mercurij post septẽ annos, menses 11. & dies 27. propè. Deinde transit diuisio ad Iouem, & disponit simul cum Luna partem animositatis, & audaciæ, & partẽ profectus, & uictoriæ per menses 4. & dies 24. & peruenit directio ad partem prudẽtiæ & rationis post annos 8. menses 4. & dies 21. propè. deinde di-



sponit Luna corporaliter per diuisionẽ, ♃ partẽ prudentiæ & rationis, & prædictas duas partes, uidelicet partẽ animositatis & audacię, et partem profectus & uictoriæ per annũ unũ, menses 6. dies 8. et recipit corporalẽ dispositionẽ Lunæ, quadratus aspectus Martis post annos 9. menses 11 propè, et disponit Mars dictas tres partes per quadratũ radium suum, & diuisionem ♃ usq; ad quatuordecim annos, mẽses duos et tres dies propè. deinde mutat diuisio ad ♄, & disponit ♂ dictas tres partes per quadratũ radium eius, & diuisionem ♄ per annos duos, menses 6. dies 6. propè & tradit dispositionem trino radio Iouis, † per menses 8. & dies 8. propè. deinde disponit Iupiter dictas tres partes trino radio suo, & diuisione Saturni, donec tradat † trino radio Solis dispositionem, & tali modo fiũt directiones participãtibus dominis terminorum, corporũ ac radiorum planetarũ. partes etiã et duodenas particulas mouemus similiter per directionem usq; ad finem uitæ hominis. Sæpe uero contingunt diuersitates aliquæ in termino planetæ, uel in dispositione corporis planetæ, uel radij eius, et si fuerit dispositor siue gubernator eorũ planeta beneuolus, significat bona secũdum suam naturam. Si uero maleuolus, contraria, & si fuerint dispositores diuersi, facias commixtionem significationis ipsorum.

Ego puto legendum, post annos 16. mẽses 8. & dies 8. propè. quadrato uidetur legendum.

DE SIGNIFICATIONE Planetarum bonorum atq; malorum, duorum existentium terminorum, & eorum qui participãt eis siue p̃ corpus, siue per radios.

Diuisorib. tam beneuolis q̃ maleuolis propria quædã adest significatio in dispositione diuisionis, similiter et participantib. eis p̃ corpus q̃q; & radios, habent etiã potentiã quandã † inopinabilem, & significationẽ p̃cipuã, & efficaciorem domino anni, nã dñs anni unius anni termino significat accidentia, diuisoraũt, q̃ significãtur in diuersis tẽporib. passiones, similiter et planeta qui participat ei, testificantib. ei tam signo profectionis, quam domino eius & Luna, ac reliquis quos p̃diximus. Oportet ergo aspicere locum diuisionibus, & considerare cuius

anfos[illegible] opinor, h[illegible] est, non c[illegible] tlanda.

2008 Ministerio de Cultura

cuius termini est, et esse domini sui tam secundum natiuitatem quam secũdum reuolutionem, & siue sit orientalis siue occidentalis, & si uelox cursu an retrogradus, et si fuerit boni esse uel mali, & in quo loco est terminus ab ascendente Natiuitatis, in quo etiam signo in figura profectonis, & in quo ab ascendente reuolutionis, & cuius est domus uel exaltatio, uel triplicitas aut decanus, signum etiam ad quod peruenit diuisio, & quis de beneuolis uel maleuolis erit in eo secundum natiuitatem & reuolutionem, & quemadmodum unusquisq; fortitudinem habet, uel debilitatem, & quam habebat secundum Natiuitatem, quam secũdum reuolutionem, & significabat bona uel mala, et si est beneuolus uel maleuolus, similiter considerandum est, si qui de planetis eiĩciũt radios & in cuius radio existit diuisor, & qui de planetis tam in natiuitate, quam in reuolutione erat in terminis ipsorũ. Considerandæ sunt etiam septem species diuisionum, quarũ prima est, si diuisor fuerit solus et beneuolus. Secunda, si fuerit solus & maleuolus. Tertia, si diuisor fuerit maleuolus, & particeps eius beneuolus. Quarta, si fuerit diuisor beneuolus, & particeps eius maleuolus. Quinta, si diuisio fuerit communis beneuoli atq; maleuoli. Sexta, si diuisor ac participes eius fuerint ambo maleuoli. Septima, si ambo fuerint beneuoli. Igitur si fuerit diuisor beneuolus solus, & benè dispositus in natiuitate quoq; ac reuolutione, fueritq; dominus, ac Luna dominus, & uel ascendentis reuolutionis expediti à malis, significant bona & manifestas ac famosas prosperitates. Item si fuerit diuisor boneuolus, & secundum natiuitatem fuerit mali esse in loco contrario, fueritq; dominus anni, ac Luna, & ascendens reuolutionis impediti, significat contrarietates in illis annis. Si uero secundum natiuitatem infortunatus fuerit locus diuisionis, secundum reuolutionem uero fortunatus: moderata erunt bona in illo anno. Si uero secũdum natiuitatem quidem fortunatus, in reuolutione uero infortunatus, diminuent, bona, tamen non omnino irrita erũt propter significationem figuræ natiuitatib. firmiorem, & certiorẽ existẽtem figura reuolutionis. Et si partim quidẽ fuerit mali esse, & partim boni, simili modo erunt euentus, eodẽ modo oportet te cõsiderare & participes, & dispositores, & reliquas significationes planetarũ, habẽtium aliquam rationem siue dignitatem in anno. Secundã † diuisionis speciem, ut sit diuisor maleuolus, & solus esse dispositionis significet, & sit secundum natiuitatem benè dispositus in bono loco, uel in signo in q̃ habeat aliquãdo dignitatem, uel in signo planetarũ amicorum suorũ, uel in signo beneuolo, spectatus à planetis beneuolis, & q̃ ipse in reuolutione amisit tali modo dispositus, inspectus etiã à beneuolis, & q̃ dñs anni et Luna & ascẽdens reuolutionis, ac dñs eius sint fortunati. His igit̃ omnib. tali modo dispositis, maleuolus ille tanq̃ naturam propriam denegans, uictoriæ ac triumphi & prosperitatis efficitur causa. Si uero diuisio maleuoli fuerit, & ipse tam in natiuitate quam in reuolutione annorũ cum his quib. diuidit, fuerit mali esse, & non aspexerit terminũ ipsum siue in natiuitate, siue in reuolutione beneuolus, cum his etiam Luna fuerit impedita in reuolutionibus ascendentiũ annorum inspectis dominis à maleuolis per oppositum, uel quadratum: moriet̃ natus in illa diuisione, in illo uidelicet anno quo omnes huiusmodi figuræ occurrent, figurę quidem natiuitatis, ut diximus, potẽtiores sunt reuolutionũ figuris, et maiorem his possibilitatẽ huiusmodi ad benefaciendũ, & è contra. Tertiã diximus speciem, cum fuerit diuisor maleuolus, qui uerò participauerit ei per radios uel per corpus, beneuolus quidem ipsum cuius est reuolutio, eripiet à morte, maleuolus uero periculis ipsum submittet, & erit esse suum commixtum, bonis et malis, et aliquando quidem afflige tur, aliquando uero alleuabit̃ & dilabit̃: quãdoq; quoq; ęgrotabit, quandoq; uerò sospitate gaudebit, et aliquãdo quidẽ contristabitur, & aliquando gratulabitur, & aliquo quidem tempore aduersitatibus irruet, in alio saluabitur, & erit prosperans, uerbi gratia Erat Saturnus in qua-

† diximus

2008 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA DEL OBSERVATORIO DE S. FERNANDO

in quadam natiuitate diuiſor, participabat autem ei Venus diuiſione per radios,& erant ambo æqualis potentię:propter naturam Veneris & ipſius beneuolentiam,inueniet diuitias is qui reuolutionem habuerit,& coniungetur uxori, & filios generabit, propter naturam uero Saturni morientur eius filij, & uxor, & plorabit multum,& contriſtabitur ſuper his. Si uero Venus fuerit fortior, mortem non indicat.Item ſi diuiſio fuerit alicuius maleuoli, & participat ei corpus beneuoli ſiue radius, fueritq; inſpecta ſecũdum natiuitatem à quodam maleuolo,acciderit q; & ſignum perfectionis & aſcendens reuolutionis, & * eorũ omnium impedita, ſecũdum natiuitatẽ ab huiuſmodi maleuolo, fueritq; ipſius diuiſionis terminus tempore reuolutionis reſtitutus, Luna etiam & terminus in q̃ eſt diuiſio ſi in illis annis inuenti fuerint in locis contrarijs,uel impedita, & à teſtimonio beneuolorum priuata: erit ualde praua figura huiuſmodi, & aut morietur uel appropinquabit morti.
Et ſi diuiſio maleuoli fuerit, nec fuerit corpus uel radius ſecundum natiuitatem beneuoli,acciderit que in reuolutione ille maleuolus uel radius eius:ſignificat difficilima infortunia. Si uero cum his ſignum profectionis et aſcendens reuolutionis & eorum domini fuerint mali eſſe,Luna etiam inſpecta fuerit à maleuolis:maius erit periculum, & uel morietur in illo anno uel proximus erit morti. Quartam diximus ſpeciem cum fuerit diuiſor beneuolus, particeps uero ei maleuolus: Et ſi talis figura fuerit,commixtionem ſignificat eſſe ſui & mediocritatem bonorum atque malorum,gaudij ac triſtitiæ, languoris & ſanitatis. Si uero diuiſio beneuoli fuerit, & participauerit ei maleuolus, fueritque configuratus maleuolus ille ſecundum natiuitatem maleuolo, & ceciderit maleuolus ille in ſigno profectionis,uel in aſcendente reuolutionis, uel eorum domini fortunati fuerint ab illo beneuolo, applicueritque Luna & terminus in quo eſt diuiſio in locis beneuolis: ſignificat bona plura,& manifeſtas proſperitates. ſed propter participationem maleuoli, erunt bona moderata. Et ſi diuiſio beneuoli fuerit, ceciderit q; in eo reuolutionis tempore maleuolus,uel maleuoli radius:propter diuiſionem quidem beneuoli,proſperitatem ſignificat,propter uero maleuoli radium aduerſitates, & maximè, ſi diuiſor & domini eorum ac Luna fuerint mali eſſe, & in locis non proprijs. Quintam diximus ſpeciem cum fuerit diuiſio planetæ beneuoli ſiue maleuoli, fueritque diuiſio ſecundum Natiuitatem in loco nõ proprio,et in eo radius uel corpus maleuoli ex qualicunque aſpectu ſit radius, nec inſpectus fuerit terminus ab aliquo beneuolo in fortitudine exiſtenti, uel ſi inſpiciatur à beneuolo * tum obſcurè fuerit paucioribus gradibus quam maleuolus, acciditque in ſignis in quibus eſt diuiſio ſecundum Natiuitatem maleuolus impeditus ſimul, & diuiſorem ſecundum Natiuitatem uel ſignum profectionis uel aſcendens reuolutionis, uel duos dominos eorum,fueritque reſtitutus in reuolutione: Cum peruenerit diuiſio ad corpus illius planetæ uel radium, homo ille ineuitabiliter occidetur. Si uero diuiſio fuerit alicuius beneuoli uel maleuoli, fueritque in eo corpus uel radius beneuoli, corpus etiam ac radius maleuoli, acciderint q; & domini annorum illorum boni eſſe ſimiliter cum diuiſione,ac Luna:incurret pericula, ueruntamẽ ſaluus erit, ſed ſi bonæ figuræ fuerint debiles & contrariæ fortiores: non erit ſaluus.Et ſi tali modo ſe habuerint figuræ prædictæ, fueritq; maleuolus in termino,uel maleuoli radius,reuolutionis tempore: non ſaluabitur, ſed honorabiliter morietur.
Sextam diximus ſpeciem, cum diuiſio fuerit maleuoli, & in ea per corpus uel radium participauerit maleuolus alius, & cum talis figura fuerit, indicat infortunia magna & corporum ægritudines & impedimenta circa mundanas conuerſiones & eſt timendum ne moriatur in illo anno, in quo diuiſor & Luna & aſcendens reuolu-

2008 Ministerio de Cultura

reuolutionis, & dominus eius, ac dominus anni fuerint mali esse, et maximè cum signum fuerit in quo diuisio sit locus maleuoli secundum natiuitatem, uel secundum reuolutionem tempore uidelicet reuolutionis. Et si diuisor fuerit maleuolus et participauerit ei maleuolus, siue per corpus siue per radium, & tempore reuolutionis irradiauerit ipsum beneuolus, non liberabitur ille homo ab obitu, erit tamen honorabilis in ęgritudine sua & erit prosperum esse suum usq; ad tempus obitus sui. Si uero tempore reuolutionis maleuolus radium suũ iniecerit: patietur necessitatem antè obitum suũ & cruciabit in languore, ac erit grauis his, qui infirmitate ipsum curauerunt & morte morietur peruersa. & si prædicti significatores in locis fuerint proprijs: erit mors eius in propria patria penes consanguineos suos. Si uero in alienis: erit in alienis penes extraneos. Septima species erat cum fuerit diuisio beneuoli & participauerit ei beneuolus per corpus siue per radium, & ambo fuerint boni esse, & cum talis figura fuerit, erunt illi anni prosperi & in bonis famosi, & maxime, si diuisor, & signum profectionis, & dominus eius, ac ascendens reuolutionis & Luna fuerit boni esse, & præcipuè si diuisor & dominus eius irradiauerit terminum ipsum. Si uero is quidem infortunatur, ille uero fortunatur: erunt euentuum definitiones commixtæ. Et si diuisio fuerit alicuius beneuoli, communicauerit autem ei per corpus siue per radium secundum natiuitatem beneuolus, accideritq; tempore reuolutionis in loco diuisionis maleuolus, uel maleuoli radius: Ipse quidem adipiscetur bona, sed non securè in his delectabitur, sed cõturbabitur secundum naturam maleuoli. Sæpe quidem contingit quod diuisio est terminus alicuius planetæ, & ipse planeta participat per corpus siue per radiũ in annis quibusdam, trãsmutatur quoque in aliquo anno diuisio ad aliam diuisionem, & diuisor tradit dispositionem alij diuisori, & de hoc constituuntur sex modi: primus terminus, qui dicitur prima diuisio. Secundus, tradens siue pulsans diuisionem, qui dicitur primus diuisor. Tertius terminus in quo est translata diuisio. Quartus diuisor secundus. Quintus qui participat per corpus siue per radium. * Hi sex modi tempore participationis, traditionis, & receptionis diuiduntur in alios modos uiginti quatuor, quorum quatuor sunt specialiter diuisorũ, & primus quidem est transitus diuisionis propriæ à terminis beneuolorum. Secundus transitus à terminis beneuolorũ & in terminos maleuolorum. Tertius terminus beneuolorum in terminos maleuolorum. Quartus uero à terminis maleuolorum in terminos beneuolorum. Alij uero quatuor modi componuntur à diuisoribus beneuolis uel maleuolis, & traditione uel receptione eorum. Et primus quidẽ est quando tradit beneuolus beneuolo. Secundus quando tradit maleuolus beneuolo. Tertius quando tradit maleuolus maleuolo. Quartus quando tradit beneuolus maleuolo. Et alij octo modi accipiuntur ex diuisoribus & condiuisoribus siue participantibus eis maleuolis, uel beneuolis, uel per corpus siue per radios, quorum primus est, ut transmutetur diuisio à terminis beneuolorum, beneuolis participantibus. Secundus, mutatio diuisionis à terminis beneuolorum in terminos beneuolorum participante beneuolo. Tertius, transmutatio diuisionis à terminis maleuolorum in terminos beneuolorum participante beneuolo. Quartus, mutatio diuisionis, à terminis maleuolorum in terminos beneuolorũ, participante maleuolo. Quintus, mutatio diuisionis à terminis beneuolorũ in terminos maleuolorũ participante beneuolo. Sextus, mutatio diuisionis á terminis beneuolorum in terminos maleuolorum participante maleuolo. Septimus, mutatio diuisionis à terminis beneuolorum in terminos maleuolorum participante maleuolo.

Octauus, mutatio diuisionis 'a terminis maleuolorum in terminos maleuolo-

2008 Ministerio de Cultura

maleuolorum participante maleuolo. Componuntur etiam & alij octo modi ex diuisoribus beneuolis quoq; ac maleuolis per corpus siue per radiũ in traditionibus atq; receptionibus, quorũ primus est, mutatio diuisionis à beneuolo in beneuolum in terminis beneuoli. Secũdus, mutatio diuisionis à terminis beneuolorũ in terminos beneuolorũ in terminis maleuoli. Tertius, mutatio diuisionis à beneuolo in maleuolum in terminis beneuoli. Quartus, mutatio à maleuolo in beneuolũ in terminis maleuoli. Quintus, mutatio à beneuolo in maleuolum in terminis beneuoli. Sextus, mutatio à beneuolo in maleuolũ in terminis maleuoli .Septimus mutatio à maleuolo in maleuolum in terminis beneuoli. Octauus mutatio à maleuolo in maleuolum in terminis maleuoli. Secundum hos ergo uiginti quatuor modos fiunt mutationes. Componuntur
dicti. etiam & significationũ earũ modi duodecim per coniunctionem * decimi. quorum primus est, mutatio diuisionis à terminis beneuoli in terminos beneuolos, uel pulsatio siue traditio corporis siue radij beneuoli, ad corpus uel radium alterius beneuoli, hæc.n. durabilem prosperitatẽ significãt, & à felicitate in felicitatem mutationem. Secundus, mutatio diuisoris uel diuisionis à maleuolo in beneuolum, & significat mutationẽ ab infortunio & humilitate ad exaltationem & gloriam Tertius mutatio diuisionis uel diuisoris à beneuolo in maleuolum & significat mutationem à bonis ad mala & mortis timorem . Quartus mutatio diuisionis & diuisoris à ma
maleuolum: leuolo in † beneuolũ, & significat quod in illo anno * ipse inuoluetur à malo ad malum, & à periculis ad pericula et mortis timorem . Et hi quidem quatuor modi coniunctionis simplicis sunt. alij uero octo coniunctionis sunt duplicis. Quorum primus est, mutatio diuisionis à terminis beneuoli in terminos beneuoli, participante beneuolo & pulsatio diuisoris existentis beneuoli, ad alium beneuolum in terminis beneuoli, significat.n. in illo anno prosperitatem & abundantiam bonorum. Secundus, mutatio diuisionis à terminis beneuolorum in terminos beneuolos, participante maleuolo, uel , pulsatio dispositionis, beneuoli ad beneuolum in terminis maleuoli, significat enim in illo anno propter bonorum dispositionum prosperitatem, ueruntamen non synceram & sine macula propter naturam maleuoli. Tertius, mutatio diuisionis à terminis maleuolorum in terminos beneuolorum participante beneuolo, uel pulsatio maleuoli ad beneuolũ in terminos beneuoli, significat enim in huiusmodi anno ab aduersitate in prosperitatem mutationem. Quartus, mutatio diuisionis à terminis maleuolorum in terminos beneuolos participantes maleuolo, uel, traditio siue pulsatio maleuoli ad beneuolũ in terminis maleuoli. significat quidem in ipso anno mediocritatem tam fortunij quam infortunij, & tam in bonis quam in malis, ueruntamen bona erunt potentiora. Quintus, mutatio diuisionis à terminis beneuolorum in terminos beneuolos participante beneuolo, uel, traditio beneuoli, & significat in illo anno mediocritatem tam bonorum quam malorum, & mala erunt potentiora. Sextus, mutatio diuisionis à terminis beneuolorum in terminos maleuolorum, participante maleuolo, uel traditio beneuoli ad maleuolum in terminis maleuoli, & significat in illo anno aduersitates & læsiones plures, & pericula, & mortis timorem. Septimus, mutatio diuisionis à terminis maleuoli, participante beneuolo, uel, traditio maleuoli ad maleuolum , in terminis beneuoli, & significat in illo anno pericula magna, & timores à morte. Octauus, mutatio diuisionis à terminis maleuoli in terminos maleuoli , participante maleuolo , uel traditio maleuoli ad maleuolum in terminis maleuoli, & significat in huiusmodi, species multarum aduersitatum ac mortis terrores, & quod maius malum est, esse omnes maleuolos . Species quidem bonorum atq; malorũ cognoscitur tam à natura planetæ quam

2008 Ministerio de Cultura

quam à natura domus ſuæ et loci etiam, tam natiuitatis quam reuolutionis, fortiorem uero habet potentiam ex his trib. diuiſor ſecundam. i. is qui participat ei per corpus, participatio uero per radios eſt infirma, aſpectuum quoq; fortior eſt oppoſitus, poſt ipſum quadratus, deinde trinus, ſextilis uerò eſt debiliſſimus. Hæc autem quæ prædiximus de participante, non oportet accipere ſecundum reuolutionem, ſed ſecundum natiuitatem. Cum peruenerit directio tam ab aſcendente quam à reliquis Hylegijs ad aliquam fixarum ſtellarum: proſperitatem ſignificantium, Ipſa uerò ſtella prę ſignificabat ſecundum natiuitatem proſperitatem, ſuam protinus operationem oſtendet. Et ſi in natiuitate nullam ſignificationem † habebit: partem aliquam proſperitatis inducit, ſecundum naturam illius planetæ cuius complexioni ſtella fixa aſſimilatur. Itẽ cum peruenerit directio ad aliquam ſtellam fixam maleuolam, ſignificantem excęcationem oculorum, uel uiolentam mortem, aut homicidia, apparebit ſtatim pars aliqua operationis ipſius ſtellæ. Quæcunque uerò prædiximus, prædiximus in præſenti noſtro tractatu, quod mortem ſignificat ei cuius fuerit reuolutio, tam in diuiſionibus quam in directionibus, tunc fient quando & illi anni concordabunt numero annorum uitæ quam ſignificabat natiuitatis Hylegia, uel propè illos. Item intelligatur & in morte parentum, fratrum & aliorum. Si uerò reuolutio anni mortem ac deſtructionem ſignificauerit, cõplementum uero annorũ tunc non acciderit q̃s uidel. ſignificabat Hylegia, mors quidem non continget, ſed impedimentum magnum & periculoſum.

habuit.

DE SIGNIFICATIONE SATVRni cum fuerit per diuiſionem diſpoſitor, & de ſignificatione participationis planetarum in diuiſione.

CVm feceris directionẽ alicuius de Hylegijs, Solis uidelicet uel Lunæ, aut aſcendentis, aut partis fortunæ, aut gradus coniunctionis, ſeu gradus prę uentionis, ſcito planetam diuiſorem & qui participat ei ſiue per corpus ſiue per gradum, quilibet enim habet propriam ſignificationem ſiue bonorum ſiue malorum, & fortior quidem ex alijs diuiſor, qui et diſpoſitor dicitur ab Hylegia, poſt eum, qui participat ei, reliqui uerò debiles ſunt in potentia. Cum ergo diſponit Saturnus, nullo planeta terminos illos irradiante neque Saturnum aſpiciente, ſignificatio in illo anno ægritudines longinquas à frigiditate & craſſiore phlegmate, & leſione uentris, morbo lapidis † uel ciſis & ſchiſeos ac tumore & languoribus melancolicis, ſignificat etiã ſollicitudines, mœrores atque mœſtitias, ac pœnitudines, ac configurationes, & uiolentiam, & ocium operationum utilium, nec non multitudinem reuolutionum anxietatem ſuper aliquibus reb. præteritis & male diſpoſitis. Et ſi Saturnus ipſe diuiſor, aſpexerit terminos: ſignificat mortem ei cuius eſt reuolutio in ipſa ſcilicet diuiſione. Si uerò Iupiter participauerit ei, ſignificat diſſolutionẽ malorum, & nocumentum nati à parentibus uel filijs, et ſi Mars participauerit ei: ſignificat impedimenta & leſiones à fratribus. Si uerò Mars aſpexerit Saturnum, non aſpicientibus eos beneuolis: mortem ſignificat & ægritudines quaſdam & cerebri læſionem ac neruorum & ſuperabitur ab inimicis ſuis. Si uerò Sol liber à malis, Saturno participat: ſignificat, quod homo ille eripitur quidem à morte, ſed triſticias patietur & forte pater eius morietur, & diuerſas ſuſtinebit triſticias. Et ſi participauerit ei ♀ unus, coniungeẽ uxori, & naſcetur ei filius, & tribulationes patietur, & aliquis de ſuis filijs morietur, & de uxoribus etiam. Et ſi participauerit ei Mercurius, ſignificat detrimentum à ſeruis & propter diſciplinas & cõputos & ſcripturas & donationes, & receptiones, & emptiones & uenditiones. Si uerò Mercurius iniecerit radios ſuos ad locum ipſum, fueritque inſpectus à Marte: ſignificat leſionem propter mendatium & falſam ſcripturam & propter deceptiones & fraudes & propter quoſdam ſermones & operatio

incisione ſciſſura.

2008 Ministerio de Cultura

nes. Et si participauerit ei Luna: significat multitudinem sollicitudinum & anxietatum, & uitæ inquietudinẽ & multitudinem conturbationis rerum ac uillicationũ, & in omni quodcunq; tractabit impedietur, & uel mater eius uel sorores morientur, & si non morientur sustinebunt pericula grauia, & in huiusmodi tempore in omnibus operationibus impedietur. Si uerò Saturnus disponens in Reuolutionibus, fuerit secundum natiuitatem expeditus à malis, & in loco bono, atque à Ioue inspectus: significat quod natus iuuabitur propter thesauros & propter ædificia & habitationes, & ab omnibus rebus quarũ est significator Saturnus. tunc enim præcipue fit significatio planetarum, quando radios eorum intecerint, ut prædiximus, ad terminum ipsum.

DE SIGNIFICATIONE IO. uis per dispositionem suam, & de participantibus planetis.

CVm disposuerit Iupiter, non participante sibi uel aspiciente aliquo planetarum, fueritque secundum Natiuitatis figuram in bono loco, significat ipsum optimæ uxori coniungi in tempore diuisionis, & filios charos habere, & loquetur cum Regibus & principibus, & cum nobilibus conciuibus suis, & augmentabitur dignitas eius & honor & gloria. Et si fuerit natus fortunæ mediocris habebit principatum super his qui eiusdem fuerint ordinis, & dominabitur cum * patricijs suis, & adipiscetur diuitias. Si uerò fuerit superioris fortunæ, obtinebit dignitatem super ciuitatibus & gentibus & eorum habitatoribus, & addet gloria eius atque diuitiæ, & nascetur ei filius, uel filio eius filius. Et si participat ei Saturnus, significat quod corrumpet seu destruet diuitias paternas, ac patrimonia præcessorũ suorũ, & lædetur filius eius atque parentes, & contristabitur & defectionem animi patietur, plorabit etiam & tardius erit in operibus suis & in petitionibus suis impedietur, & in negotijs erit malè tractabilis & ægrotabit ægritudine diuersa, & restituetur uel conualescet. Et si participat ei Mars, significat confusionem bonorum quos diximus, quorum significator est Iupiter, & diminutionem & subtractionem eorum. Et si participat ei Sol, significat ipsum dominari in aliqua dignitate uel opere, & augmentari diuitias suas & prosperitatem, & dignitatem, & gloriam, & loqui cum Regibus & principibus, & plures ad ostium eius aduenient & ipsum deprecabuntur, & honorabilis erit, & in omni nocumento superior, beatificatus etiam & lætabitur in parentibus & auis & consanguineis, & in rebus diuersis & adipiscetur hæreditatem paternam. Et si participat ei Venus: significat ipsum coniungi uxori probæ, consanguineæ uel nobili, & habebit filium bonum & gratulabitur in mulieribus, & habebit utilitatem per eas, & perseuerabit in cantilenis & ludis & delectationibus & obtinebit prosperitates famosas. Et si secundum natiuitatem configuratus fuerit Iupiter Veneri, augetur prosperitas eius, & famosas acquiret diuitias, & † adoletur indumenta eius, et Regijs induetur uestibus, et cultu Regio decorabitur et multiplicabitur iucunditas eius. Si uerò fuerit homo mediocris fortunæ, prædicta mediocriter obtinebit. Et si participat ei Mercurius et fuerit boni esse: significat alacritatem et utilitatem propter doctrinam et disciplinam et additamentum eloquentiæ et sapientiæ, et amicabitur nobilibus et illustribus et procuratoribus rerum, et erit fortunatus et discretus in uillicationibus suis, et operationibus, et erit prosperans in exercitijs suis, & lætabitur † superfluis, et augetur prosperitas eius, et meliorabitur in dogmate suo. Si uero fuerit mali esse: minuuntur bona prædicta, et adipiscetur quidem huiusmodi: tamen confusionem patietur pro eis. Et si participauerit ei Luna significat sanitatem corporis et bonam habitudinem atque gloriam & prosperitatem, & gratulabitur super sororibus & matre, & obtinebit sperata, & laudabitur à pluribus &

patriotis. *abolentur.* *superfluis*

2008 Ministerio de Cultura

ribus & erit Regum familiaris, & promptus erit in operibus suis.

DE SIGNIFICATIONE DISpositionis Martis & participantium sibi planetarum.

CVM per dispositionem diuiserit Mars sine participatione uel testimonio alicuius planetæ, secundum natiuitatẽ quoq; fuerit boni esse, aspice: & si natus fuerit fortunæ illustris: significat officia magna et principatum excelsum: & multitudo militũ ac priuatarum personarum congregabitur apud ostium suum, & addetur fortitudo eius, arma etiam & subiugalia, & utetur equitatione, & dominabitur inimicis suis, aurum & argentum adipiscetur, acquiret diuitias abundantes, & erit triumphator in prælijs, utetur etiam & temeritate & iniusticia. Et si fuerit natus fortunæ mediocris, significat familiaritatem eius cum potentibus ex quibus obtinebit utilitates & augentur diuitiæ eius, & aliquibus præerit & insignis erit in paribus suis. Et si fuerit fortunæ minoris, quibusdam principibus amicabitur & fortunabitur per eas. Si uero fuerit mali esse, significat languorẽ corporis à calore ex apostematibus & fluxu sanguinis, amplius etiã tristitias & cõtentiones & peregrinationes inutiles, & maximè cum Mercurius fuerit dominus anni & fuerit mali esse. Si uero participauerit ei Saturnus aspexeritque eum aspectu cõtrario, significat ægritudinẽ lõgam & malam habitudinem corporis, & motum humorum & desidiam in operationibus, & multitudinem cogitationum, & fugam à domo sua, & fortè cadet in inimicos suos, & diuersis infortunijs annectetur uel † metietur. Et si Mars ac Saturnus simul fuerint impediti: fortè uiolentam mortem incurret, uel homicidium turpe. Et si participauerit ei Iupiter, & Mars fuerit boni esse secundum natiuitatem, & in domo Iouis, aspectus ab eo, perueniet ad fortunam maiorem cum dilatatione & prosperitate, & diriget operationes suas, & utetur iustitia & ordine optimo, ac bonis operibus & præcipue, si Sol in natiuitate aspexerit Iouem aspectu concordi: tunc enim significat quod famulabitur Regibus. Et si Iupiter fuerit mali esse, patietur aduersitates à procuratoribus & officialibus uel potestatibus, & inimicabunt aduersus eum personæ illustres & occasione filiorum ledetur. Et si Mars Ioui participauerit, & fuerit mali esse: cadet in manum inimicorum suorum, & latronibus, & malis omnimodis annectetur & timor est ne fortè moriatur. Et si dispositio fuerit Martis & participauerit ei Sol lædetur à parentibus, & Regibus & Magnatibus & detentiones ac carcerem patietur & ægritudines à calore & incendio. Si uero fuerint impediti: timor est ne forte & moriatur. Si uerò disponente Marte participauerit ei Mercurius: patietur diuersa pericula ac obprobria, & plures accusabunt eum, et patietur nocumenta ab hostibus suis, & à quibusdam notarijs, & occasione literarum ac mendacij, & falsæ scripturæ, & contentionum, & operationum suarum. Si uerò fuerit dispositio Martis & participauerit ei Luna, patietur languores, & corporis desiccationem & contentiones diuersas & contristabitur propter aliquas uillicationes, amplius autem propter aliquas legationes & annunciationes & famas, matrem etiam & sorores.

DE SIGNIFICATIONE VEneris & participantium ei planetarum.

QVando Venus sola disponit nullo participante sibi planeta uel configurato cum ea & ipsa fuerit boni esse: significat coniugium optimum & expediens, et alacritatem in mulieribus ac utilitatem à uiris effœminatis, Eunuchis uidel. et similib. & à Regib. et filijs Regum, et obtentum diuersarum prosperitatum, et specialiter in temporibus in quibus fuerit Venus domina anni, uel in tempore in quo peruenit annus

2008 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA DEL OBSERVATORIO DE S. FERNANDO

ad ſignum quo erat pars coniugij. Et ſi natus fuerit ſupremæ fortunæ erit in diſpoſitione illius fortunæ diuiſionis, utetur multo cibo, abundantiam uictus habens, & addentur ſibi mulieres & amici, & gratulabitur in eis, ac illi gratulabuntur in eo, & perſeuerabit continuè in melodijs & cantibus, & tripudijs & alacritatibus, & ſi fortunę fuerit mediocris: coniungetur uxori, & obtinebit à uiris effœminatis ac à mulieribus multa bona, & loquetur cum † præexiſtentibus uiris loquetur etiã corã eis in conuentibus doctrinæ. Et ſi diſpoſuerit Venus, & participauerit ei Saturnus: ſignificat circa operationes impedimenta & contemptum Mulierum, & triſticias propter eas, & ęgritudinem uxoris uel mortem, & contentiones habebit ac diuerſas diſcordias. Et ſi tum participauerit ei Saturnus, aſpexeritq; ipſam, atq; impedierit: ſignificat quod ipſe gratulabitur in mulieribus per modicum temporis, poſtea morietur, & poſtea maiorem mœrorem habebit, & continuè plorabit, & ſuſpirabit. Et ſi diſpoſitio diuiſionis fuerit Veneris, & participauerit ei Iupiter: ſi natus fuerit ſuperioris fortunæ: ſignificat ipſum cõiungi uxori honeſtæ & diuiti, habenti gazas uel monilia diuerſa, & unguentis odoriferis perungetur & colloquetur cum uiris compoſitoribus, cantuum & iocis utentibus, & ſi fortunæ fuerit mediocris, fortunabitur in huiuſmodi moderatè. Et ſi diſpoſuerit Venus, & participauerit ei Mars: ſignificat ægritudinem prauã & acutam ſicut phreneſin & huiuſmodi, & morietur aliqua de uxorib. ſuis, uel ægrotabit & patietur nocumentum pro eis & cõtentiones habebit cum eis, & erit in cupidine & coitu, & coinquinabitur propter huiuſmodi. Si uero Mars ſecundum natiuitatem, uel ſecundum reuolutionẽ aſpexerit Venerem atq; Mercurium aſpectu contrario, indicat inimicitias & rixas diuerſas inſtantias etiam & turpes cauſas. Si uero Iupiter aſpexerit Martem in duobus temporibus: ſoluit impedimenta. Et ſi participauerit Veneri Sol: ſignificat gloriam & meritũ à Regib. & principibus & utilitatem ab eis & à parentibus. Si uero participauerit ſibi Venus: indicat obtentum proſperitatum ſecundum naturam Veneris, et ſi fuerit impedita, aduerſitatem. Et ſi participauerit ei Mercurius: iuuabitur occaſione diſciplinæ & occultorum documentorum, & obtinebit utilitatem pro mulieribus, & delectabitur in eis tamen cum eis patietur conuicia occaſione Meretricum. Et ſi participauerit ei Luna: coniungetur cõſanguineæ mulieri pulcherrimę atque optimæ, & concumbet cũ diuerſis mulieribus pulchris, & iuuabitur occaſione mulierum, & perueniet ad dignitates, & ad diuitias.

excellentib.

DE DIVISIONE MERcurij & participantium ei planetarum.

QVando diſponit Mercurius † in illo participante ſibi aut configurato, ſignificat additionem ſcientiæ, doctrinę, prudentię, atque diuitiarum, & adhærebit ſcripturis & negotiationibus & contractibus & gratulabitur ſuper aliquibus Mercurialibus tractatibus uel actibus uel operationibus. Si uero fuerit mali eſſe: patietur mala ab huiuſmodi cauſis. Et ſi participauerit ei Saturnus erit languidus corpore, & ægrotabit egritudinem peſſimam & longinquam, & operationes eius impedientur, erit etiam piger & † difficilis, mobilis, & diuerſa pericula ac contentiones incurret. Et ſi aſpexerit ipſum Mars aut terminum in aliquibus reuolutionibus diuiſionis illius: Valde lædetur natus & damnificabitur & patietur pericula propter ſermones & rixas & inconuenientes uillicationes. Et ſi cum his quæ prædiximus Luna aſpexerit terminum aſpectu contrario: maius erit impedimentum, & maximè, ſi dominus anni maleuolus fuerit. Et ſi participauerit ei Iupiter. ſignificat augmentum ſcientiæ ac doctrinæ per quas iuuabitur, & adipiſcetur utilitatem & diuitias à Regibus & principibus. Et ſi participauerit ei Mars: ſignificat languorem peſſimum, & calumnias,

Ioue.

dvoniam forteſſe, pertinax

2008 Ministerio de Cultura

ſumnias,& rixas, & fatigabit ingenium ſuum ſuper læſionem quorundam,& erit uituperatus à pluribus & quidã morbus eueniet in capitè ſuo, & maximè ſi ſecundum Natiuitatem Mars fuerit cõfiguratus Mercurio figuratione contraria. Si uerò Saturnus aſpexerit Martẽ uel terminum,uel fuerit † in cauda in ſigno diuiſionis:cadet in manus inimicorum ſuorum & ſuperabunt eum, & ægrotabit ęgritudinem de qua medici dubitabunt, & habebit intemperatũ caput ac corpus. Si uerò aſpexerit Iupiter ſoluit mala. Et ſi participauerit ei Sol:ſignificat obtentum dignitatis,& augmentum gloriæ, & principatum habebit in pluribus & fortunabitur maximè,& augebunt̃ eius diuitiæ,& erit induſtrius,& reuelabunt̃ ei ſecreta ſciẽtiæ. Et ſi participauerit ei ♀ ſignificat doctrinas & amicitias & familiaritates erga aliqs principũ & ſcientum,& naſcetur ei filius, & gratulabitur ſuper fratribus, & ſororibus, & erit in ſermonibus dulcis, & tractabilis, ac loquetur cũ mulieribus,& gratulabitur in eis. Et ſi Mercurius conparticipauerit ſibi,& fuerit boni eſſe, ſignificat manifeſtas proſperitates ſecundũ ſuam naturam. Si uerò fuerit impeditus, contrariũ. Et ſi participauerit Luna:augmentabitur eius ſcientia & doctrina, & cogitabit de rebus diuinis & cæleſtibus & prophetica ſcientia & aſtronomia,& proſperabilis erit atq; † tractabilis in omnib. q̃ inceperit,habebit utilitatẽ ex eis, & augmentabunt̃ diuitiæ ſuæ & theſauri. Hæc aũt prædiximus de diuiſore & participe: ſunt quædã fundamenta,& regulæ uniuerſales,ſunt & quędã alia,quę ſignificant particularia accidentia. Si em̃ aſpexerit aliquem eorum aliquo tempore planeta beneuolus aut maleuolus:addit bonis & aufert à malis uel addit malis,& aufert à bonis. Si .n. aliquis planeta ſignificauerit fortuniũ, deinde alius planeta impedierit eum : cõuertit fortuniũ illud ad infortuniũ,& maximè ſi in angulo fuerit. Si uorò reciderit:nõ habet multã potentiã, & maximè ſi fuerit in ſigno tropico. Et ſi aliquis planeta ſignificauerit nocumẽtum, aſpexerit uerò eũ planeta beneuolus:eadem quæ prędicta ſunt ſignificãt. Oportet te aũt inſpicere & loca in quibus ſunt, & cũ eis diſſinire, uerbi gratia. Accidit quod Merc. fuit in aſcẽdente,liber à malis, erat aũt dñs loci inimicorũ & dominus partis fortunæ,peruenit autem ei diuiſio, ſignificat quidem impedimenta ab inimicis,& cõtentiones propter diuitias. Itẽ Saturnus & Iupiter, Venus quidẽ erat diuiſor, alter uero in diuiſione participabat,erant quidem in natiuitatis initio inimici, ſignificat contentiones & diſſidia cũ parentib. & conſanguineis. Itẽ Venus & Mars unus quidem erat diuiſor, alius uero particeps: impediebatur quidẽ unus ab altero,& erat alter in locis alterius: propter quod ſignificãt rixas cum uxore, & accuſationem de fornicatione. Si uero planetæ ſignificauerint ſecundum natiuitatem bonũ uel malum durabile: trãslatio & mutatio terminorum, non mutat huiuſmodi,ſed altera quadã modica alteratione tunc enim quilibet planetarũ operationes ſuas,quas ſecundũ natiuitatem ſignificabat, manifeſtè oſtendit quando manifeſtat ipſas diuiſio,& ſi planeta ipſe non fuerit in natiuitate in ſigno firmo: erunt bona uel mala ipſa tẽpore diuiſionis immutabilia. Si uerò in ſigno bicorpore:intenſionẽ ſuſcipient & ſi in tropico: in quibuſdã temporib. erunt accidẽtia diuiſionis illius. Similiter oportet cõſiderare in principio diuiſionis, quo puerit diuiſor. Si .n. in ſigno fixo in hisduobus temporib. fuerit † diuiſibiliora erũt bona uel mala. Simili modo in bicorpori bus & tropicis mutabiliora,q̃ diuiſor operationẽ ſuã ſemel oſtẽdit. Sæpius em̃ contingit,& multoties bis,uel quotieſcũque diſponit,idẽ aũt oportet intelligere & in diuiſore. Si .n. diuiſor fuerit in natiuitate in ſigno firmo,& non aſpexerit locũ diuiſionis, ſimul fit operatio illius planetæ, tunc ſcilicet qñ concordat diuiſio aſcenſioni ſigni in quo eſt ſecundũ Natiuitatem,uel numerũ annorũ maiorum uel mediorum uel minimorum. Et ſi diuiſor uel particeps fuerit ſecundũ natiuitatẽ in ſigno bicorpore: ſignificationes eorum ſæpius renouant̃. Et ſi fuerint in ſigno mobili. erunt ſignificationes eorũ per ſingulas diuiſiones & participatiões

cum.

durabiliora.

2008 Ministerio de Cultura

secundum planetæ potentiam in illis tẽporib. quæ pertinẽt dispositionibus hominis. In omni quidẽ diuisione uel participatione erit secundum diuersitatem figurarum disponentium planetarũ uel cõparticipantiũ eis. * Intensibiliores aũt operationes eorum fiunt qñ concordabuntur figuræ eorum figuris natiuitatis initij, & quãdo aspexerint, locum diuisionis, & dominum signi, in quo peruenit diuisio, & ascendentem initij & dominũ eius, si fuerit idem diuisor ac dominus anni, uel si peruenerit annus ad locũ suũ secundum natiuitatem uel secũdum reuolutionem. Si uerò huiusmodi dissona uerint: infirma erunt euẽtus indicia. Cũ aũt cõcordatę fuerint significationes planetæ ascensioni signi in quo fuerat in natiuitate uel annus eius, tunc erũt fortes indiciorum euentus.

DE PARTICIPATIONE DOmini Anni & diuisione eius, & diuisoris & ascendentis secundum significationem.

CVM fuerit diuisio ac dominus eius secundum natiuitatem & secundum reuolutionem in bòno loco: fueritque diuisor beneuolus: maximam prosperitatem significat. Et cum peruenerit annus ad quartum locum, nullo maleuolo ipsum aspiciente, uel acciderit dominum anni esse in quarto loco Natiuitatis in signo in quo habet aliquã dignitatem, fuerit & diuisor beneuolus & in ipsis terminis diuisionis, & secundum natiuitatem liber à malis, aspexeritque Luna partem fortunæ, & coniuncta fuerit Ioui, & ambo fuerint boni esse, inueniet ille cuius est Reuolutio diuitias multas, & prosperitatem ex causa hæreditatis & dispositionis atque thesauri, oportet autem aspicere & natiuitatis figuram, & si significauerit inuẽtionem thesauri, uel hæreditatis, inueniet huiusmodi & ditabitur subitò. Et si fuerit Saturnus diuisor exhibet terram & agros & hæreditatem à patribus & auis & uiris antiquis. Et si fuerit Iupiter, exhibebit aurum uel argentum à præsidibus & potentibus. Si uerò dominus anni & diuisor fuerint maleuoli, fuerintq; tempore reuolutionis inuenti in alienis locis, et configuratus fuerit eis beneuolus, significant quidem bona, ueruntamen modica. Et si diuisor fuerit in signo Similitudinis hominum in undecimo, parti fortunæ coniunctus, significat multitudinem beneficiorum & donationum erga pauperes. Item cum fuerit tempore Reuolutionis aliqua stella fixa, de his quæ fœlicitatem significant, in ascendenti reuolutionis, uel in medio Cœli, uel in gradu signi diuisionis, uel cum eisdem gradibus, uel cum aliquo de luminaribus significat prosperitatem in illo anno. Item cum aliqua stella fixa habens naturam unius uel duorum planetarum fuerit in aliquo prædictorum locorum quando planeta ille cuius habet naturam seu duo per diuisionem disponunt: statim propriam operationem ostendunt. Item cum apparuerit aliquis de cometis in ascendente Natiuitatis, uel in signo profectionis, uel in ascendente reuolutionis, uel in signo in quo peruenit diuisio, uel in ipsis terminis diuisionis, uel cum dominis huiusmodi locorum. si fuerint quidem Reges hi, quorum est Reuolutio, affligentur in præliis, & apostatabunt ab eis quidam, & apparebunt inimicis eorum & ægrotabunt & laborabunt, & contristabuntur, & facient iniusta populo & forsitan destruentur. Si uerò fuerint de mediocribus & inferioris fortunæ: multiplicabuntur inimici eorum, & patientur mala. Et si eclipsatus fuerit Sol uel Luna in aliquo prædictorum locorum, & fuerint eorum domini in signo Eclipsis: significat solicitudines, & anxietates, & ægritudines, & inimicorum superationem, & maximè si signum & dominus signi fuerint impediti. Item, cum fuerit ascendens reuolutionis signum in quo erat maleuolus in inceptione uel in natiuitatis initio, uel signum profectionis: accipe maleuolum illum tanquam dominum ascendentis uel tanquam dominum anni quoniam fortior ipsis est. Item & in beneuolis. Post hæc au-

2008 Ministerio de Cultura

hæc autem aſpice dominum anni, & diuiſorem, & participem, cum autem ſecundum natiuitatem fuerit in aliquo ſigno maleuolus, fueritque ſignum illud aſcendens profectionis, & ſecundum natiuitatem ille maleuolus diuiſorem uel ſignum reuolutionis, uel dominum eius, † indicium eſt contrarium, & impediet ualde. Item cum maleuoli aſpexerint in reuolutione ſignum profectionis uel Lunam, nullo aſpiciẽte beneuolo, magnum ſignificat detrimentum ſecundum naturam domini anni & diuiſoris. Item cum nullus in natiuitatis initio impedierit dominum anni, fuerintq; tam dominus anni quam diuiſor maleuoli, & aliquis de beneuolis fuerit cum domino anni coniunctus, uel eum aſpexerit per quadratum: non nocet propter naturam beneuoli, idem eſt & in diuiſore. Item cum dominus anni & diuiſor maleuoli fuerint, & in reuolutione per totum annum fuerint impediti, otium & turbationes ſignificant. Item cum diuiſio ac diuiſor fuerint mali eſſe, cadentes etiam ab aſcendente reuolutionis: ſignificat pericula & neceſſitates multas, Mercurius, & ſi non fuerit dominus anni ecciderítque in Reuolutione cum Marte, ſignificat ſucceſſionem officij, & maxime ſi fuerit dominus anni. Et ſi fuerit inſpectus a Ioue, acciderítque in loco beneuolo cum parte operis ſiue Regni † confabulabitur quidem eius ſucceſsio, tamen ei aliquis nõ ſuccedet. Item cum fuerit dominus anni cum aliquo planeta, oportet comprehendere cum eo & ſignificationem planetæ cum quo eſt, eodem modo te oportet aſpicere & planetam † exiſtentem, & cũ diuiſor ſigno maleuolus fuerit, ſignificat ægritudines & detrimenta & diuitiarum † diſpoſitionem. Si uerò beneuolus, beneficentiam & proſperitatem ſecundum propriam naturam. Item cum aliquis planeta in natiuitatis initio fuerit natiuitatem impediens, fueritque in Reuolutione in ſigno aſcendentis natiuitatis, uel in aſcendente reuolutionis, uel in natiuitatis Luna aut in reuolutionis, uel in loco

aſpexerit.

rba quidẽ nt de eius ceſſione, mo tamen

rticipante

ſpendium.

diuiſionis, aut cum dominis huiuſmodi locorum: ſignificant maximam læſionem. Item cum aliquis planeta ſecundum natiuitatem ſignificauerit * proſperitatem ſignificat. Item cum fuerit diuiſor beneuolus, dominus etiam aſcendentis reuolutionis ac dominus Lunæ beneuoli: perficient bona. Item ſi dominus ſigni profectionis, & ipſum ſignum fuerint impediti: nocumentum & diminutionem ſignificant. Item cum fuerit dominus anni ac diuiſor beneuoli, tempore uerò reuolutionis anni in malo loco locati, aut retrogradi, fueritque in reuolutione aliquis de duobus planetis in aſcendente uel in medio Cœli: ſignificat maliciam anni & difficultatem, & inimicorum uictoriam, & uulnus a ferro uel præcipitium ab alto loco ac damnum. Item cum fuerint domini anni maleuoli, & tempore reuolutionis acciderint in occidentali angulo, uel in loco maleuolo uel impedientis diuiſionem, uel in loco maleuoli impedientis dominum anni, uel in loco maleuoli impedientis ſignum profectionis, fueritq; Venus & Mercurius in reuolutione cum maleuolo illo: fiet læſio circa conſanguineos & filios, & ſi Sol & Luna fuerint cum maleuolo lædentur parentes uel in corpore, uel in diuitijs, uel in potentia aut in dignitate. Item cum fuerit dominus diuiſionis maleuolus, fueritque ſecundum natiuitatem in loco morborum, & in reuolutione ad malum locum peruenerit cum maleuolo, & Luna fuerit impedita ſignificat impedimenta atque neceſsitates. Item cum fuerit dominus anni maleuolus, fueritq; tempore reuolutionis in malo loco, tardus curſu, uel ſub radijs, uel fuerit diuiſor & Luna in duobus temporibus, in malo loco, aſpicientibus ipſam maleuolis, exiſtente domino anni uel diuiſore in bono loco: impedimentum ſignificant in illo anno & læſionem, idem ſignificat, ſi dominus anni beneuolus fuerit, & tam in natiuitate, quam in Reuolutione fuerit mali eſſe. Item cum peruenerit annus ad aſcendentem

2008 Ministerio de Cultura

natiuitatis, & si moderatè impedierint ipsum maleuoli, maximum nocumentum significant, maximè si non aspexexerit dominum anni beneuolus, ac diuisor fuerit mali esse. Item cum fuerit dominus anni diuisor maleuoli, fueritq; in reuolutione in malo loco, & in maleuolorum opposito, non aspicientib. beneuolis & ascendens anni reuolutionis fuerit mali esse, significat anni difficultatem & impedimenta & læsiones. Si uero Iupiter & Venus fuerint in coniunctione Lunæ, uel aspexerint eam, significant liberationẽ malorum. Item cum peruenerit annus ad ascendens natiuitatis, aspexeritq; ipsum in reuolutione anni maleuolus per oppositum, & fuerit tam dominus anni, quàm diuisor maleuoli, & impedierint Lunã. Sol etiam & Luna atq; Mercurius in ascendente extiterint, omnesq; acciderint mali esse, significant timores & carcerem & contentiones & rixas cum inimicis. Item cum fuerit dominus anni & diuisor maleuolus, acciderintq; tam Sol quam Luna tempore reuolutionis sub terra, à beneuolis non inspecti: significant ægritudinem eius, cuius est reuolutio, & læsionem parentum, & corruptionem diuitiarũ ipsarum. Si uero aspexerit Iupiter reuolutionis tempore partem patrum: saluabitur & remissionem recipiet nocumentum. Item cum fuerit dominus anni Iupiter uel diuisor, fueritq; in reuolutionis tempore cum Saturno sub terra: mortem significat filiorum. Item cum fuerit diuisor beneuolus fueritq; super reuolutionem & secundum reuolutionem, & secundũ natiuitatem remotus, & à beneuolis non inspectus: acciderintque tam diuisor quam Luna impediti à malis, dominus anni etiã impeditus, & in loco non † primo, mortem significat. Item cum fuerit Saturnus diuisor, & tam ipse quam Mars in reuolutione impedierit locum diuisionis, non aspicientibus locũ ipsum beneuolis: mortẽ significant. Item cum peruenerit annus ad ascendens Natiuitatis, acciderintq; tam ascendens reuolutionis quam ascendens natiuitatis signum unum, & fuerint diuisor ac dominus anni maleuoli, & in locis non propriis, Fuerintq; in Reuolutione planetarum figuræ tales, quemadmodũ in Natiuitatibus eorum qui non nutriunt: significat desperationem uitę in illo anno. Ab ascendente usq; ad mediũ Cœli, est quarta orientalis, & significat planeta quartã partem anni à medio uerò cœli usq; ad septimũ Cœlum est 4. meridiana & significat partem anni, ab occidente quidem usq; ad angulum terræ, est quarta occidentalis, & significat tertiam partem anni. Ab angulo uerò terræ ad ascendens, est septentrionalis, & significat quartam partem anni. Oportet autẽ aspicere dominum anni, & diuisorem, & beneuolos atq; maleuolos, in qua quarta sint, & secundum huiusmodi diffinire. Cum fuerint maleuoli in ascendente, uel in undecimo, uel in medio Cœli reuolutionis: sub terra uerò beneuoli: significant grauitatem in principio anni, in ultimo uerò bona: ut maximè si signum anni fuerit mobile, sæpe quidẽ significãt planetę qui sunt in angulis, ea quæ sunt in fine. Oportet quoque te non solum augmentari prospera uel aduersa in diuisore & participe & à reliquis, sed considerare quo peruenerunt, & partes secundum natiuitatem, utrum ad beneuolos seu maleuolos, & secundum ascensiones & secundum partes scilicet pro signo facias annum unum, aspice quidem, & dominum anni & diuisorem & participem, cuius partis sint domini, tã secundũ natiuitatem quam secundum reuolutionẽ et secundũ huiusmodi diffinias, exempli gratia. Erat pars fratrum et dominus eorum in figura natiuitatis in loco* inepto cum maleuolis, et significabat huiusmodi, quod fratres nati et sorores impedien te tempore, quo maleuolus, diuidit, uel participat, et si domus partis natiuitatis impedit dominum ascendentis, impedie tur natus tempore illo.

Ambigu… utrũ prim… quarta, … …n uer… 12. 11. … cõprehẽd… & sic de … teris, utru… ineluſiue … excluſiue, … uocant in… ligantur.

DE NOVENARIIS ET DIRE-ctione eorũ, ac in tertium diuisionis ipsorum secundũ opiniones Indorum.

Diuisione quidem quemadmodum paulo ante prædiximus utunt Babilonij, et Persę atq; Aegyptij. Indi uerò ac eorũ confines considerantes in una diui-

sione

2008 Ministerio de Cultura

sione hominibus diuersas passiones accidere, nõ fecerunt directionem per terminos sicut alij, sed fecerunt ipsam per nupachrates, ut diligentius procedant Iudiciorum euentus. Oportet ergo in directionibus his uti duobus modis, semotim uno & separatim altero, ut diligentior fiat accidentium anni * cogitatio. Huiusmodi uero nomen, Indorum locutione interpretatur nouenarium, & est ducentorum minutorum uidelicet trium graduum, & * tertius gradus directi, erunt ergo in unoquoque signo nouenaria nouem, quorum quodlibet habet proprium significatorem. Et si fuerit signum Aries uel Leo uel Sagittarius: erit uniuscuiusque primi nouenarij in huiusmodi signis dominus, uidelicet Arietis primi nouenarij est dominus Mars, secundo, dominabit Venus, domina scilicet Tauri, Tertio Mercur. dominus Geminorũ quarto Luna domina cãcri. Quinto Sol dominus Leonis, Sexto Mercurius dominus Virginis. Et sic faciens inuenies dominũ noni nouenarij, louẽ dominũ scilicet sagittarius & si fuerit triplicitas Tauri & Virginis ac Capricorni: erit dominus primi nouenarij Saturnus, dominus scilicet Capricorni, secundi etiam Saturnus, dominus Aquarij, tertij Iupiter dominus Piscium. Et sic faciens inuenies in unoquoq; signorum ipsorum Mercurium nouenarij noni dominum existentem uidelicet dominũ Virginis. Et si acceperis Geminos & Libram & Aquarium: facies rursum Venerem dominam primi nouenarij, tanquam dominam Libræ, secũdi Martem tanquam dominum Scorpionis. Et sic faciens inuenies dominum noui nouenarij Mercurium dominum Geminorum. Et si quæsiueris Cancrum Scorpionem & Pisces, erit domina primi nouenarij Luna domina cancri, secundi Sol dominus Leonis, & eadem Regula utens inuenies dominum noni nouenarij Iouem, dominum scilicet piscium. Est autem & alia compendiosior uia talis, aspice cum uis scire dominos Nouenariorum suorum, cuius triplicitatis sit, inuenies enim semper dominũ mobilis signi eundem esse dominum primi nouenarij in unoquoque trium signorum, dominum uerò sequentis signi, eundem esse dominum nouenarij secundi, & tertium tertij, & eadem Regula utens inuenies omnia nouenaria in singulis signis. Cau sam uero huiusmodi Nouenariorum inuentionis exposuimus bene & optime in introductione astrologica quã exposuimus, directionem uero huiusmodi Nouenariorum, tam in natiuitatibus, quam in alijs, & diuisionẽ eorum quæ in tribus, ut in secreto habebant Indi, non reuelabant huiusmodi, solum ijs qui peruenerunt ad extremitatem scientiæ, recipientes prius Iusiurandum ab eis, & doctrinam ipsam in secreto habeant, nec eam communicarent cum insciis, sed cũ solis scientibus scientiam doctrinæ, & quantũ peritus ab alijs hominib. prę est † post huic quidem recipiẽtes doctrinam huiusmodi, grates magnas confitebantur doctori. Nos autem uolentes honorabilem librum nostrum omni Methodo decorare, & eandem methodum exposuimus, oportet igitur taliter ipsa uti. cum unoquoque nouenario intrabis in ascensione climatis & quemlibet gradũ de ascensionibus facies annum, deinde ea quæ aggregaueris, diuides in tres partes æquales, & facies dominum primæ diuisionis, dominum ipsius Nouenarij, & dominum partis secundæ, dominum quinti ab ipso signo, & dominum tertiæ diuisionis dominum noni ab ipso signo, & accipies primum significatorẽ dominum primę diuisionis, secundũ uero dominum quinti signi a domino Nouenarij, & si operari uolueris ea quæ sunt & tertiæ diuisionis, & incipias a domino noni signi, a signo domini nouenarij: exempli gratia: quidam natus fuit in quarto climate in quodam loco habente Latitudinem graduum. 26. erat autem initiũ ascendens Arietis, conuertimus quidẽ primum nouenarium in ascensiones, & fecimus de tribus gradib. & tertio ipsius Nouenarij gradus duos, minuta tria, secũda uiginti, q̃ sunt anni duo, dies uiginti, diuisimus ipsos in partes tres, & contingunt

cognitio.

Hermetis introductio astrologica.

† præstat. hinc.

2008 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA DEL OBSERVATORIO DE S. FERNANDO

tingunt cuilibet parti menſes octo, dies ſex, horæ ſedecim, dedimus ergo hanc primam diuiſionem Marti domino ſcilicet Arietis, qui ſcilicet ſignificabit ea quæ pertinent in iſta diuiſione, deinde poſt Martem fit dominus ſecundæ diuiſionis Sol, dominus ſcilicet Leonis, & diſponit menſes octo, dies ſex, horas ſedecim, qui fiunt ſimul annus unus, menſes quatuor, dies tredecim, horæ octo, poſtea dominatur tertiæ diuiſioni Iupiter, dominus uidelicet Sagittarij, & diſponit menſes octo, dies ſex, horas ſedecim, qui ſunt in ſumma anni duo & dies uiginti. Et ſi eſſet aſcendens uel † opus in ſecunda diuiſione ipſius Nouenarij, inciperemus utique à Sole, domino Leonis, deinde à Ioue domino Sagittarij, deinde à Marte domino Arietis, & primi nouenarij, & ſi eſſet aſcendens uel opus in tertia diuiſione, inciperemus utique à Ioue domino ſagittarij, deinde à Marte, & deinde à Sole, & ea quidem quæ ſunt diuiſionis primi Nouenarij, ut prædicitur, fiunt. Item ſi eſſet aſcendens uel opus in ſecundo Nouenario Arietis, in prima ſcilicet diuiſione, diuidemus utique & ipſam in tria, & attribuemus primam diuiſionem Veneri, dominę ſcilicet Tauri, ſecundam uerò Mercurio domino uirginis, tertiam autem Saturno, domino Capricorni. Et ſi eſſet aſcendens uel opus in ſecunda diuiſione ipſius Nouenarij, inciperemus utique à Mercurio domino, uirginis, deinde à Saturno domino Capricorni, deinde à Venere dña Tauri, & ſi eſſet aſcendens uel opus in tertia diuiſione, inciperemus utique à Saturno domino Capricorni, deinde à Venere domina Tauri, deinde à Mercurio domino uirginis, & ſic completa diuiſio ſecundū nouenariū Arietis. Eodem modo facimus & in tertio & in quarto Nouenario Arietis, diuidentes Nouenarium ipſum quartum in tria, & facientes in prima diuiſione dominum Lunam, dominam uidelicet Tauri, deinde in ſecunda diuiſione dominum Martem, dominum Scorpionis, deinde dominum tertiæ diuiſionis, Iouem dominum Piſcium. Et ſi eſſet aſcendens uel opus in ſecunda diuiſione nouenarij, inciperemus utique à Marte, deinde à Ioue, deinde à Luna. Et ſi eſſet aſcendens uel opus in tertia diuiſione eiuſdem nouenarij, inciperemus utique à Ioue, deinde a Luna, deinde à Marte, & hi quidem ſunt domini quarti nouenarij Arietis. Et ſi uellemus facere opus quinti nouenarij Arietis, diuideremus & ipſum in tertia, & primam quidem diuiſionem traderemus utique Soli, domino Leonis, ſecundam uero Ioui, domino Sagittarij, tertiam Marti domino Arietis. Et ſi eſſet aſcendens uel opus in ſecunda diuiſione huius quinti nouenarij: inciperemus utiq; à Ioue, deinde à Marte, deinde à Sole. Si eſſet aſcendens uel opus in tertia diuiſione ipſius nouenarij: inciperemus utique à Marte, deinde à Ioue. Cum autem hoc modo diſpoſita fuerit Arietis nouenaria: mutata directio apud Taurū, & diuidimus nouenariū primū in tertia, poſt cōuerſionem graduum in aſcenſiones climatis, fiet quidem iuxta prædictum tractatum dominus primæ diuiſionis, Saturnus dominus Capricorni, ſecundæ uero Venus domina Tauri, tertia uero Mercurius dominus Virginis. Et ſi eſſet aſcendens uel opus in ſecunda diuiſione Tauri: inciperemus utique à Venere domina Tauri, deinde à Mercurio domino Virginis, deinde à Saturno domino Capricorni. Et ſi eſſet aſcendens uel opus in tertia diuiſione Tauri, inciperemus utique à Mercurio, deinde à Saturno, deinde à Venere, & eodem modo facimus directionem nouenariorum omnium ſignorum, ſcientes dominos uniuſcuiuſque nonę diuiſionis, ſiue ſit nouenarius illius in aſcendente, ſiue peruenerit ad ipſum directio. Sciuntur autem paſſiones & fines euentuum per huiuſmodi, ſic. Oportet aſpicere dominum uniuſcuiuſq; diuiſionis qualiter ſecundum natiuitatem, & qualiter erat ſecundum reuolutionem, qualiter etiam in duobus temporibus. Et ſi inſpicitur * & beneuolus ſeu maleuolus, & rurſum ſi ſpectatur à participantibus

horoſcopus.

2008 Ministerio de Cultura

pantibus sibi, & si est in fortitudine uel in debilitate. Cum enim ambo fuerint boni esse, & receperint se ad inuicem, & alter sit proximus alteri, uel in uno signo, aut in uno gradu, uel in loco Lunæ acciderunt, aut in locis beneuolorum, uel in eorum radijs, prosperitatem significant. Item cum fuerint domini unius nouenarij, aspicientes se ad inuicem terno uel sextili aspectu & fuerint expediti: significant utilitatem & maximam prosperitatem. Si uerò cum hoc + inspectus fuerit & cum dominus domorum suarum: certiores erunt diffinitiones euentuum, & plura bona. Si uerò fuerint impediti, & aspexerint se ad inuicē, minus erit impedimentum. Et si unus ex his uel omnes in illo nouenario fuerint, & maxime, si euenerit ut sit illius diuisio, uel secundum natiuitatem radius ipsius planetæ, habebit in eo utilitatem ipse cuius est Reuolutio. Si uerò planetæ fuerint mali esse aspexerintque maleuolos, & in locis malis extiterint, * non uerò in loco Martis aliquam habuerint dignitatem, significant aduersitates & mortes. Est autem impedimentum diuisionis huiusmodi, ut ipsa inspiciatur à malis uel perueniat ad loca ipsorum, seu ad radios tam Natiuitatis quam Reuolutionis, uel sint in descē sione domini eorum. Oportet autem simul inspicere loca quidem diuisionum, & dominos eorum, & dispositiones Lunæ. Similiter oportet inspicere & participem siue per corpus siue per radium. Et si fuerit bonus, significat prosperitatem & bona. Si uero malus, significat destructionem & infortunium secundum naturam maleuoli, ut prædiximus in diuisione terminorum, & eorum qui participant cum dominis eorum. Si uerò diuisor & qui ei participat fuerint eiusdem naturæ, & aspexerint se ad inuicem conuenienti figura, aspexerint etiã locum diuisionis, significant bona, contrarium uerò si contrarie dispositi fuerint. Oportet ergo in omni re aspicere tam dominum nouenarij, quam qui participat ei siue per corpus siue per radium, pulsantem eum, & accipientem, & eodem modo diffinitiones euentuum operari.

DE COGNITIONE DOmini anni ex nouenarijs, secundum opinionem Indorum.

CVM peruenerit dominus anni ad aliquod signum: accipiunt Indi dominum anni, primi uidel. Nouenarij dominum, siue in principium signi applicuerit reuolutio siue in finem, & huiusmodi dominum anni aspiciunt qualiter erat secundum natiuitatem, & qualiter erat in reuolutione, & utrum sit in domo sua, uel exaltatione, aut in terminis, aut in proprio nouenario, uel in alieno signo, uel si fuerit in bono loco cum beneuolo, uel cum Luna, & secundum dispositionem eorum diffiniunt esse totius anni. Et si huiusmodi dominus anni, scilicet dominus primi Nouenarij, fuerit in duobus temporibus boni esse: significat bona. Si uerò fuerint impediti, contrarium, exempli gratia: Peruenit annus ad uicesimum gradum Tauri, siue plus siue minus, dominus quidem huius gradus est Saturni dominus, uidel. primi Nouenarij, & si forte peruenisset annus ad geminos & ad quemcunque locum ipsorum, erit Venus domina anni, pro eo quod est domina primi Nouenarij geminorum. Et si annus peruenisset ad cancrum: acciperent similiter Indi Lunam dominam anni quod est domina primi Nouenarij cancri. Causa uero quod accipiebant dominos anni primi Nouenarij dominos, hæc est, quoniam ipsi considerabant quot Nouenaria trãsierunt à die qua natus erat natus, & proijciunt hęc à Nouenario ascendentis Natiuitatis acentum octo, deinde rursum centum & octo & per unam quanque reuolutionem tenebant annum unum & signum unum, et ubi perueniebat, erat ibi signũ ad quod peruenerat annus, in illo uidelicet loco quo finierãt Nouenaria. De menstruis uerò et diurnis diffinitionibus ex Nouenarijs quemadmodum opinati sunt Indi, narrabimus in subsequentibus.

DE

2008 Ministerio de Cultura

DE FERDARIA Solis.

VNusquisq; septem erraticorum, caput etiã & cauda draconis habent quosdam annos determinatos, & quilibet planeta disponit Natum secundum suam Ferdariam. Solis quidem Ferdaria sunt anni decem, Veneris autem octo, Mercurij tredecim, Lunæ nouem, Saturni undecim, Iouis duodecim, Martis septem, capitis tres, & caudæ duo, qui simul sunt omnes anni septuaginta quinque. In diurna quidẽ natiuitatib. habet dispositionem primæ Ferdarię, sol quandocunque fuerit, deinde Venus, deinde Mercurius, deinde Luna, deinde Saturnus, deinde alij secundum ordinem circulorum suorum. In nocturnis autem Natiuitatibus habet primam Ferdariam Luna, deinde Saturnus, deinde Iupiter, deinde Mars secundum priorem ordinem. Veruntamen quando huiusmodi dispositio peruenerit ad aliquam planetarum, planeta ipse disponit septimam partem tantum annorum suæ ferdarię, deinde reliqui Planetæ communicant ei, in significatione bonorum siue malorum secundum septimam partem annorum uniuscuiusq; ferdarię. Et initiũ quidem erit à Planeta habente ferdariam, cõmunicat autem sibi primo qui est post ipsum propinqor, deinde alius qui post illum, & sic erit intelligendum subsequenter de alijs. Causa uero societatib. reliquorum Planetarum cum uno est, pro eo quod anni ferdariæ uniuscuiusq; planetæ extracti fuerint à dignitatibus, quas habent planetæ ipsi in signis, caput uero & cauda soli secundum propriam dispositionem disponunt, nõ communicãtibus eis aliquibus planetis, post complementum uidelicet annorum pro eo quod domos non habent, habent & alias causas hi anni, quorum mentionem faciemus in alio libro, in hoc uero significationes declarabimus dispositionum, annorum ferdariæ planetarum. Quicunque ergo fuerit natus in die: a qua hora natus fuerit usq; ad decimũ annum gubernatur à Sole & cum ipse sol disponit tantummodo annum unũ, menses quinque, dies quatuor, horas sex propè scilicet septimam partem annorum suorum. Deinde disponunt singuli planetarum secundum septimam partem annorum suorum, sole ergo disponente, significat mutationem nato fieri optimam, si sol secundum natiuitatem fuerit boni esse, tamen in primo & in secundo mense contristabuntur parentes sui, postea transibit eorum tristicia & conuertetur in gaudium & læticiam. Et si disposuerit Sol secundum suam ferdariã nato iuuene existente, inueniet à principibus bona, & dominabitur consanguineis suis, & addentur diuitiæ eius & gaudium, disponit autem in iuuentute sol per ferdariã, quando natiuitas est nocturna. Si uero disposuerit in senili ætate letabitur in cõ sanguineis & in filijs & eueniẽt sibi prosperitates laudabiles. Tunc autem dispo nit in senili ętate sol, quãdo natiuitas est diurna, & transibunt anni septuaginta quinq;. Cũ enim disposuerit sol, & fuerit in propria domo uel in terminis Iouis uel in terminis Veneris, siue sit natus in iuuenili siue in senili ætate, significat felicitatem, & salutem, & grauitatum liberationem, & addetur prudentia eius & dignitas, & utentur consilio homines circa eorum operationes & acceptabilis erit in sermonibus & præceptũ transibit ad propriam patriam & benefaciet Ciuibus suis, & erit in bonis, & adipiscet aurum & argentum, & lapides præciosos, & regalia munera, & ubicunq; fuerit honorabit, et reges desiderabunt ipsum ac sermones suos, et plures de Magnatib. accedent ostio suo et dominabitur terrę et oppidis et multiplicabuntur arbores eius, et habebit filios. Etsi fuerit ei pater, obtinebit et illa bona. Si uero sol et in natiuitate fuerit ascendente uel cum domino ascendẽtis existente orientali, prospe ritatẽ significat maximã. Deinde recipit Venus diuisionẽ in Ferdaria, uidel. Sol per annum unum, menses quinq;, dies quatuor, horas sex propè, et significat, quod in huiusmodi diuisione addentur ueſtimẽta eius atq; pecunia, et * in uerbis conueniet nuptiarum uel coniungetur uxori, si natiuitatis eius initium aliquid tale significat, et forte peregrinabitur et

2008 Ministerio de Cultura

tur & morbum occultum habebit. Et si fuerit nocturna Natiuitas, eripietur à tristitia & multiplicabuntur diuitiæ suæ, & gratulabitur super mulieribus & filijs & renouabit ædificia mirabilia, & adhuc emet plura, erit etiam liberalis, & propter aliquam iusticiam & sa † peregrinabitur apud diuina propiciatoria, In quibusdam uero occultis mẽbris corporis languores habebit. Si uero Saturnus & Mars & cauda draconis fuerint cũ Venere, uel aspexerint eam aspectu contrario: nõ tantum huiusmodi auferuntur, sed etiam nocebunt occasione eorum. Deinde disponit Mercurius in ferdaria Solis annum, mẽses quinq;, dies quatuor, horas sex propè, qui fient simul anni quatuor, menses tres, dies undecim, horę uiginti propè, & significat q; in huiusmodi dispositione perdet quędã de pecunijs suis, & nocebit ei aliquis de consanguineis suis, & cadet ab alto loco uel ueniet in periculum cadendi, dolebit etiã occultè, & cito liberabitur à dolore. Si uerò fuerit nocturna Natiuitas in huius dispositione destruet diuitias multas & contentiones habebit, in laboribus affligetur. Et si fuerit in officijs publicis, damnificabitur, & minuetur lucrum eius, & contristabitur propter falsam scripturam, cadet etiã ab aliqua domo & non lædetur & hæmorroidas patietur & liberabitur ab eis. Deinde disponit Luna in Solis ferdaria per annum unum, menses quinq;, dies quatuor, horas sex propè, qui simul fiũt anni quinq;, menses octo, dies septendecim, & horæ tres propè. In huiusmodi quidem dispositione tractabit negocia nocitura, & habebit utilitatem in alijs & patietur dãnum à furibus, & delectabitur aspicere aquas, uel nauigabit, dolebit etiam caput & oculos. Si uerò fuerit nocturna Natiuitas: tractabit negotia finienda, & adipiscetur diuitias, & augmentabuntur prouentus eius, & utilitates, & munera dabuntur ei occultè, & fiet marinus Negotiator, & consumabit diuitias immensas, & loquetur ad principes, & amicos acquiret, & delectabitur in ædificijs erigendis † prauis, & capitis dolor superueniet ei in ultima parte ipsius diuisionis. Deinde disponit Saturnus in ferdaria Solis annum unum, menses quinque, dies quatuor, horas sex propè qui simul fiunt anni septem, mensis unus, dies 21. & horæ 10. prope, & significat ipsum contristari in huiusmodi dispositione, & læsionem pati à consanguineis suis, dolere uentrem, & pati incendium siue per ignem siue per calidã aquam, dolebit etiam oculos, & liberabitur à dolore & capiet longum iter, & per aquam patietur læsionem. Si uerò fuerit nocturna Natiuitas: contristabitur & suffusionẽ habebit circa oculos, & dolebit uentre, & per mare negotiationem tractabit, & patietur læsionem per aquam, similiter & per ignem uel per aquam ebullitam propter naturam uidelicet Solis & Saturni. Deinde disponit Iupiter & ferdaria Solis annum unum, menses quinque, dies quatuor, horas sex propè, qui simul fiunt anni octo, menses sex, dies uiginti quinque, horæ septendecim, significat quod in huiusmodi dispositione addentur pecuniæ suæ & thesauri, & utilitatem habebit à parentibus suis, ueruntamen cadet ab alto loco. Si uerò fuerit nocturna Natiuitas addetur dignitas eius, & gloria, & prosperitas, & dominabitur similibus sibi secundum fortunam, tractabit etiam ædificia & augebit diuitias suas, & inueniet thesaurum, uel lucrabitur diuitias multas sine labore, & eleuabitur super inimicos suos, ueruntamẽ circa finem huiusmodi diuisionis cadet ab aliqua domo uel ab equitatu. Deinde disponit Mars in ferdaria Solis annum unum, menses quinque, dies quatuor, horas sex propè, qui fiunt in summa anni decem. Et significat quod in huiusmodi diuisione mutabitur à dispositione in dispositionem, & peregrinabitur & fortè coniungetur uxori, patietur uerò mala ex morsu uenenoso, uel casum, uel uerberationem, & fluxus sanguinis ex hoc fiet, & hæc erunt in primis quatuor mensibus. Si uerò nocturna fuerit Natiuitas, mutabitur ab una operatione ad aliam, & peregrinabitur, & patietur laborem multum & certabit super Mulieribus & coitu, & super fornicationi-

2008 Ministerio de Cultura

bus,pro quibus patietur mala, iniuriabi tur etiam quibuſdam & patietur nocumentum ab eis, ferrum quidem tanget corpus eius,mordetur etiam à cane & ęgrotabit dies undecim, & quotieſcunque fuerint Sol & Mars impediti, toties & ille lædetur.

DE FERDARIA Veneris.

VEnus autem diſponit per ſuam ferdariam annos octo,ex quibus ipſa ſola diſponit ſeptimam partem,etiam annum unum,menſem unum, dies uiginti propè,&ſignificat quod in huiuſmodi diuiſione ſiue diſpoſitione gaudebit natus,& lætabitur & utilitates habebit, & fortaſsis coniungetur uxori. Si uerò nocturna fuerit natiuitas: gaudebit in huiuſmodi diuiſione & lætabitur ſuper rebus diuerſis, & in uxore propria, uel coniungetur alienæ Mulieri,&naſcetur ei filius fortunatus,&matrimonio copulabit filios ſuos & filias, & tractabit ædificia & arborum plantationes, & in tantum abundabunt diuitiæ eius, ut ex his theſauros componat, & adipiſcetur etiam amicos de iſs qui † præſumunt in dignitatibus,& committetur ſibi officium maximum, & Reges ei ueſtimenta dabunt, quinque uero menſes huius diuiſionis * & dies(ut ait Hermes) meliores ſunt reliqs. Deinde diſponit Mercurius in ferdaria Veneris annum unũ, dies uiginti, & horas decem propè, qui ſunt in ſumma anni duo, menſes tres,dies duodecim,horæ uiginti propè,& ſignificat, quod in huiuſmodi diuiſione patietur furtum, & amittet ſubſtantiam, & læſionem patietur & ægrotabit & à loco ad locum tranſibit. Si uerò fuerit nocturna Natiuitas,plurima de acquiſitis deſtruet, & ſuperabitur ab hoſtibus ſuis, & fugiet ab eis,& in tantum contriſtabitur, quod abſtinebit à cibis & potibus,accidet etiam ei ægritudo à potatione ueneni uel ab uſu aliquorum ciborum. Deinde diſponit Luna in ferdaria Veneris annum unum, menſem unum, dies uiginti, horas decem propè, qui ſunt ſimul anni tres,menſes quinq; dies quatuor,horæ ſeptem propè,& ſignificat quod in huiuſmodi diuiſione erit proſperum eſſe ſuum, loquetur cum ali quibus principibus & fortè coniunget uxori. Si uerò fuerit nocturna natiuitas: ſignificat quod liberabit ab infortunijs & proſperitate abũdabit eſſe ſuum, & ad hoſtia ambulabit Maiorum, & honorabitur à principibus,& dominabitur conſanguineis, & congregabit ſufficientes diuitias, & ſi non habet uxorem, ducet. Deinde diſponit Saturnus in ferdaria Veneris annum unum, menſem unum, dies uiginti, horas decem propè qui ſunt ſumma anni quatuor, menſes ſex, dies uigintiquinque, & horæ decem propè. Et ſignificat in huiuſmodi diuiſione, quod erit ualde laborioſus, & lucrabitur † miſerijs,&lædet aliquam Mulierem,& à Mulieribus lædetur. Si uerò fuerit nocturna Natiuitas: multiplicabuntur cogitationes ſuæ & labores &confuſionem habebit, nec habebit utilitatem ex operibus eius, inuitabit quoque ſuos in cibo & potu, contriſtabitur ſuper eis, & morietur uxor eius, uel habebit rixam cum ea,& forte uxor eius patietur abortum ſi erit prægnans, & commiſcetur Mulieri fornicariæ uel ancillæ, & lædet filium ſuum uel filium alterius. Deinde diſponit Iupiter in ferdaria Veneris annum unum, menſem unum, dies uiginti, horas decem, propè,qui ſunt in ſumma anni quinq; menſes octo, dies ſeptendecim & horæ tres. Et ſignificat quod in huiuſmodi diuiſione erit proſperum eſſe ſuum, & fortunabitur pater eius & multiplicabuntur diuitiæ ſuæ. Si uerò fuerit nocturna Natiuitas,eripietur ab infortunijs & laudabitur à pluribus &augetur immobilis ſubſtantia eius, & ſi Natiuitatis initium proſperitatem ſignificauerit: ad magnitudinem perueniet gloriæ. Et ſi Venus fuerit cum capite uel Ioue in angulo, dominabitur pluribus per mare & terrã. Deinde diſponit Mars in ferdaria Veneris annũ unũ,menſem unũ, dies uiginti,horas decẽ ppè,qui ſimul ſunt ſex mẽſes,decẽ dies & octo et horę tredecim propè. Et ſignificat q; in huiuſmodi diuiſiõe laborabit multoties, & lędet fratres ſuos,

excellunt.

2008 Ministerio de Cultura

ſuos & fortè ducet uxorem. Si uero fuerit nocturna Natiuitas, erit ualde fatigabilis & laborioſus, & iniuriabit quibuſdã & læſionem patientur fratres eius & ducet uxorem aliquam nobilem. Deinde diſponit Sol in ferdaria Veneris annũ unum, dies uiginti, horas decem propè, qui fiunt ſimiliter anni octo. Et ſignificat quod in huiuſmodi diuiſione ægrotabit peſsime, & coniungetur aliquibus præeminentib. & augmẽtabitur gloria eius atq; diuitiæ & uxorem accipiet eruditã. Si uero fuerit nocturna Natiuitas: cadet in aliquam ægritudinem prauam, & addentur famuli ei ac famulæ, & induetur decorem Regum, & habitabit cum Regibus, & dominabitur inimicis ſuis, & coniungetur uxori prudentiſſimæ & Literatæ. Si uerò Venus uel Sol habuerint dominiũ anni & fuerint boni eſſe: ad magnitudinem perueniet gloriæ. Et ſi Venus fuerit mali eſſe, multiplicabũtur utilitates ſuæ & loquetur cum Regib.

DE FERDARIA Mercurij.

MErcurij ferdaria ſunt anni tredecim, poſt ferdariã uidelicet Veneris diſponit quidem ipſe ſeptimam partem, uidelicet annũ unũ, menſes ſex, dies octo, horas tredecim propè, & ſignificat quod natus in prima medietate obtinebit bona ultrò uerò incurret mala, & peregrinabitur à Regione in regionem, & omnia quæcunq; fecerit, nõ euenient ſibi proſpera, morietur etiã aliquis de hominib. his uel equus, & ægrotabit ægritudinem in qua non iuuabit per medicinas medicorum, & ſi Saturnus fuerit mali eſſe, & aſpexerit ipſum: timor eſt ne fortè moriatur. Si uero Mercurius fuerit boni eſſe, aufert mala. Deinde diſponit Luna in ferdaria Mercurij annum unum, menſes decem, dies octo, horas tredecim propè, qui ſunt in ſumma anni tres, menſes quatuor, dies decem & ſeptem, horæ duæ propè. Et ſignificat quod in huiuſmodi diuiſione erit turbatæ uitæ, nullam habens delectationem in cibo uel potu, ſed † ipſum illa quæ habebit malis. Et ſi ſeruum emet fugiet, & ſi negotiationem tractabit, damnificabitur. & ſi ædificare inceperit, non perficiet ædificium, & ſi uxorem habuerit eiiciet eam, uel diſcordiam habebit cum ea, & ſi non habuerit, quæret & nihil perficiet, & ægritudinem ægrotabit, & cadet à domo uel æquo, & uſque ad mortem appropinquabit. Deinde diſponit Saturnus in ferdaria Mercurij annum unum, menſes decem, dies octo, horas tredecim propè, qui fiũt ſimul anni quinque, menſes ſex, dies uiginti quinq;, horæ decem & octo propè, & ſignificat q; 7. in huiuſmodi diuiſione addentur amici eius atq; diuitiæ, erit etiam liberalis & uſus ſufficientes acquiret, & uxor eius ægrotabit lãguore prauo, uel morietur, & contriſtabit ſupra eã, & peregrinabit, & in peregrinatione ſua ſuſtinebit laborem. Deinde diſponit Iupiter in ferdaria Mercurij annum unum, menſes decem, dies octo, horas tredecim propè, qui ſunt ſimul anni ſeptem, menſes quinque, dies quatuor, horę ſeptem propè, & ſignificat quod in huiuſmodi diuiſione opes lucrabitur ab emolumento diuerſo, & congregabit aurum & argẽtum, & expendet plura, & opponet contra excellentes perſonas, & læſionem patietur ab eis, & aliqui uiles contendent cum eo, ultimo uerò ab huiuſmodi liberabitur, exercebit etiã illuſtre officium, & hoſpitium ædificabit conſpicuum, utetur mendacio & mendacibus amicabitur. Deinde diſponit Mars in ferdaria Mercurij annum unum, menſes decem, dies octo, horas tredecim propè, qui ſimul fiunt ſimul anni nouem, menſes tres, dies duodecim, horæ uiginti propè. & ſignificat quod in huiuſmodi diuiſione opponetur minorib. ſuis & habebit refugiũ apud aliquas perſonas fama dignas & ab infortunio ruet in infortunium, & euadet ab eo, & dominabitur inimicis ſuis, & iter capiet triſte & ſi negociationem tractabit, damnificabitur, & ſi contraxerit ſocietatem cum aliquo, * ſupercedebit, patietur etiam detrimentum ab igne, & cadet ab alto loco, uel erit proximè ad cadendum, & ægrotabit ægritudine praua, per quam patietur in capite læſionem, ueruntamen conua-

2008 Ministerio de Cultura

Ieſcet & ſi uxorem duxerit morietur ipſa in illo anno, morietur etiam mater ſua & incarcerabitur pater eius, & partes eius cadent in paſsiones prauas. Deinde diſponit Sol in Ferdaria † Solis annum unum, menſes decem, dies octo, horas tredecim, menſem unum, dies uiginti horas decem propè. Erit quidem in huiuſmodi ferdaria Iucundus & hilaris, & quotidie proſperans, & multiplicabuntur famuli eius, & aſſumet notarium & prouiſorem ſiue procuratorẽ, & à Regibus adipiſcetur diuitias & ab alijs. Remunerabit quidem domeſticos ſuos, & omnes familiares ſuos, & aliquis de fratribus ſuis morietur & fortè decũbet cum uxore fratris uel patris ſui. Deinde diſponit Venus in ferdaria Mercurij annũ unum, menſes decem, dies octo, horas tredecim propè, qui ſiunt ſimul anni tredecim. Et ſignificat q̃d in huiuſmodi diſpoſitione habebit inimicitias cũ aliquibus, & amicabitur & in ea lætabitur, & aſſimilabitur ſibi tum in ueſtibus quam in unctione unguentorum, concipiet etiam uxor eius & patietur † abhorſum. Si uerò preceſſerit tẽpore cõceptionis filius eius, & ſi non habuerit filium, uidebit mortem alicuius de ijs quos habet in loco filij. *Mercurij.*

DE FERDARIA Lunæ.

LVnæ quoq; ferdaria ſunt anni nouẽ, diſponit quidem ſeptimam partem ſuam quę eſt annus unus, mẽſes decem, dies duodecim & horæ uiginti propè, et ſignificat quod erit mutabilis, in gaudio quoq; et triſtitia, in diuitijs etiam & proſperitate, & habebit rixas cũ uxore ſua, & peregrinabitur, & incarcerabitur, & ſubito ad honorem & gloriam extollet in quo adipiſcetur diuitias famoſas fama dignas. Deinde rurſum poſt modicum à gloria illa cadet, & iterum reuertetur ad eum, & in fine diuiſionis huiuſmodi periculum patietur à ferro uel enſe uel concludetur. Si uerò fuerit nocturna Natiuitas, & Luna fuerit impedita: patietur languorem, & perſequutionẽ. Si uerò fuerit boni eſſe: dignitatem habebit, & diligetur à parentibus ſuis, & habebit utilitatẽ ex ijs. Deinde diſponit Saturnus in ferdaria Lunæ annum unum, menſes tres, dies duodecim, horas uiginti propè, qui ſimul fiunt anni duo, menſes ſex, dies uiginti quinq;, horæ quatuordecim propè. Et in huiuſmodi diuiſione habebit contentiones cum Regibus, & quæcunque dixerit reputabuntur tanquam mendacia, & patietur detrimentum à ſeruis ſuis, & fugiẽt ab eo, & animalia ſua perdentur, & plures opes expendet & ægrotabit, & patietur læſionem ab igne uel calore uel inciſione ferri tribus uicibus, poſtea hic ſanabitur. Et ſi uxor eius fuerit prægnans, patietur abortum. Si uero fuerit nocturna Natiuitas, ægrotabit à calore & patiet læſionem ab igne uel aqua feruente, & per ferrum curabitur, & tranſibit de loco ad locum in receſſu ſuo, & periclitabit, & furtum patietur, & ab uno de ſeruientibus ſibi patietur incommodum, & aliqua de theſauris ſuis ſubripientur à furibus. Deinde diſponit Iupiter in ferdaria Lunæ annum unum, menſes tres, dies duodecim, horas uiginti prope, qui ſiunt ſimul anni tres, menſes decem dies octo, horæ quatuordecim prope, in hac ergo diuiſione exercebit officium magnum, & exaltabitur nomen eius, & lucrabitur ab officio diuitias fama dignas & eleuabitur ſuper inimicos ſuos & habebit utilitatem a terra longinqua, & à poſſeſsionibus planis & † cliuoſis, & plantabit plantas, & emet ſeruos et ſeruas. Si uero fuerit nocturna Natiuitas: multiplicabuntur ueſtimenta eius, et famulabitur alicui. Deinde diſponit Mars in ferdaria Lunæ annum unũ, menſes tres, dies duodecim, et horas uiginti prope qui ſiunt ſimul anni quinque, menſis unus, et dies uiginti, horæ decem propè. Et ſignificat quod in diuiſione huiuſmodi contriſtabitur ualde et circumuoluet malis et † admittet poſſeſsionib. ſuis et damnificabitur magnis damnis pro quibus et cruciabitur. Si uerò peregrinabitur: mordet à ſerpente uel patietur detrimentum in naui, uel ab igne, uel ab aqua, et morti appropinquabit, et habebit læſionem in oculis, et in pudendis dolorem habebit. Si uero aſpexerit Mars

amittet quas.

2008 Ministerio de Cultura

Mars, multiplicabuntur mala. Et si fuerit nocturna Natiuitas: ægrotabit pessime, oculos quoq; & uentrem & forte mordetur ab animali, uel patietur læsionem ab igne uel aqua, & furtum sustinebit ab aliquo de seruientibus suis. Deinde disponit Sol in ferdaria Lunæ annũ unum, menses tres, dies duodecim, horas uiginti propè, qui fiunt similiter anni sex, menses quinque, dies quatuor, horę sex propè. Et significat quod in huiusmodi diuisione remunerabit plures, & diuidet suas opes inter alienos & exaltabitur & lętabitur in operibus suis, & dominabitur aliquibus, & aut ęgrotabit ipse, aut uxor eiꝰ, & ab ægritudine ipsa liberabitur per dies triginta. Et si uxor eius fuerit prẹgnans, patietur abortum, & cõcipiet postea Si uero fuerit nocturna Natiuitas: ægrotabit & locum de loco mutabit, & addetur doctrina eius. Deinde disponit Venus in ferdaria Lunæ annum unum, menses tres, dies duodecim, horas uiginti propè, qui fiunt simul anni septem, menses octo, dies 17. horas tres propè. In huiusmodi quidem diuisione, utetur melodijs & tripudijs & coitu & quidam dolores circundabunt & laudabitur in initio huius diuisionis, gratulabitur super seruis, & augetur gloria eius. Deinde disponit Mercurius in ferdaria Lunæ annum unum, menses tres, dies duodecim, & horas uiginti propè, qui fiunt simul anni nouem, & in huiusmodi diuisione promouebitur in officium † ter, & succedet alius ei † ter, contentiones habebit cum quibusdam, & contra aliquos mentietur & fraudib. utetur occultis, & expendet opes famosas, & timebit ab aqua & igne. Oportet autem in initio huius diuisionis obseruare se ab huiusmodi per dies 17. ægrotabit etiam filius suus à colera nigra. Si uerò fuerit nocturna Natiuitas: accusabitur & percutietur ab aqua uel igne, & furtum patietur, uel nocebit ei aqua uel ignis.

DE FERDARIA Saturni.

SAturni quidem ferdaria sunt anni undecim. Disponit quidẽ ipse in primis septimam partem annorum suorũ quæ est annus unus, menses sex, dies uiginti quinq;, horas 17. & significat ꝗd in huiusmodi diuisione operatus erit aliqd † quo argueẽ & fatuus deputabitur uel diffamabitur, contendit etiam in uanum, & uituperium propter filias sustinebit, & cõtristabiẽ super his, & exitus eius plus erit, ꝙ introitus, & minuenẽ diuitiæ suæ & annullabitur gloria eius & ægrotabit pessimè & si inspexerit eum Mars, & ignis læsionem patietur, uel incisionem à ferro. Si uerò fuerit nocturna Natiuitas: utilitatem habebit ex quibusdam occasionib. uel contristabitur super rebus diuersis, & quidam cõsanguineorum suorum morietur, & dominabuntur ei fatuitas & amencia & otiũ. Deinde disponit Iupiter in ferdaria Saturni annum unũ, menses sex, dies uigintiquinq;, horas 17. propè, qui fiunt simul anni tres, mensis unus, dies uigintiunus, horę decem propè, & significat ꝗd in huiusmodi diuisione honorabitur ac utilitatem habebit à Regibus & ab honore ad honorem trãscendet, & in fine diuisionis peregrinabitur & ægrotabit. Si uero fuerit nocturna Natiuitas: habebit utilitatẽ per aliquas occasiones & habebit quorundam noticiam, per quos utilitatem habebit, & ægrotabit. Veruntamen addentur serui ei & ancillæ, uel ducet uxorem. Deinde diuidit Mars in ferdaria Saturni annũ unũ menses sex, dies uigintiquinq;, horas duas propè, qui fiunt simul anni quatuor, menses octo, dies. 17. horæ tres propè & significat quod in huiusmodi diuisione malè habeat esse suum, & necessitates sustinebit, & forte cadet à domo uel equo, erit discors erga uxorem, inimicabiliter quidem se habebit cum pluribus, & quidam de consanguineis suis languebunt uel eius filius morietur. Si uerò fuerit nocturna Natiuitas, patietur tristicias & contentiones diuersas, & forsitan cadet ab alto loco. Deinde disponit Sol in ferdaria Saturni annum, menses sex, dies uigintiquinque, horas 17. propè, qui fiunt anni sex, menses tres, dies duodecim, horæ uiginti, & significat quod in huiusmodi diuisione addetur gloria eius & committentur sibi iudi-

2008 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA DEL

cia super quibusdã & iudicabit inter multos & lætabitur super aliquibus rebus, & iter accipiet & dolebit caput, & ægrotabit & contentiones habebit contra aliquem præexistentem sibi ætate, & superabit eũ. Deinde disponit Venus in ferdaria Saturni annum unum, mẽses sex, dies uigintiquinque, horas 17 propè: qui fiunt simul anni septem, menses quinq;, dies octo, horæ tredecim propè: & significat, quod in huiusmodi diuisione mentientur quidam cõtra eum, & falsum testimonium perhibebunt & longam contentionem habebit & saluabitur ab ea & gratulabitur super morte inimicorum suorum, uel super infortunio maximo ipsorum, dolebit etiam uentrem uel locum occultum & sanabitur, & morietur uxor eius, & languebit filius eius. Deinde disponit Mercurius in ferdaria Saturni annum unum, menses sex, dies uiginti quinq;, horas 17 propè: & significat q̃d in huiusmodi diuisione laborabit & peregrinabitur peregrinationem laboriosam, & uxor eius languebit, & contristabitur super aliquibus Mulierib. & super morte cuiusdam & addentur diuitię suę & amittet partem ex eis & super amicis lætabitur, & habebit curam de seruis & equitaturis, amplius etiã & de liberis & disputationib. et societatib. in quibus bona & mala patiet̃. Deinde disponit ☽ in ferdaria ♄, annũ unũ, mẽses sex, dies uiginti quinq;, horas 17, qui fiunt simul anni undecim: et significat quod in huiusmodi diuisione contristabitur & ægrotabit filius suus & ipse, uel morietur filius suus, & erit medius inter magnitudinẽ & humilitatem, & peregrinabit̃ peregrinationem longinquam, in qua opes adipiscetur, & forsitan per totum tẽpus diuisionis huius erit in peregrinatione, & in eius fine acquiret diuitias.

DE FERDARIA Iouis.

IOuis ferdaria sunt anni duodecim. Disponit autẽ ipse in principio septimam partem ipsorum annorum, uidelicet annum, menses octo, dies 17 propè, & significat quod in huiusmodi diuisione uel mutabitur uel perueniet, trãsibit ab omni experientia malorum ad experientiã bonorũ, & ab omni anxietate ad omnẽ iucunditatem, & augmentabit̃ prosperitas eius atq; diuitiæ, & laudabitur à Regib. et †cõmunicabunt̃ sibi negotia fama digna. Et si fuerit Iupiter in natiuitatis initio in propriis terminis uel Veneris, uel in sua triplicitate scilicet in Ariete, Leone, Sagittario, maior erit prosperitatum significatio. Et si natus fuerit superioris fortunæ: dominabitur Ciuitatib. & multiplicabitur gens subdita sibi, & ducet uxorem conspicuam, & munera Regum accipiet & habebit diuersos introitus, & plures remunerabit & magna ædificia cõstituet. Si uero in exaltatione sua fuerit Iupiter: maius erit esse fortunæ. Deinde disponit Mars in ferdaria Iouis annum unum, menses octo, dies 17. horas tres propè. Et significat quod in huiusmodi dispositione erit cõtristatus, & faciet alicui officiali quoddã seruitium propter quod fiet terribilis, ueruntamen propter huiusmodi negotium patietur praua pericula & habebit timorem ab aqua & in peregrinationẽ longinquam mittetur, & ualde diliget Mulieres & nascetur ei filius. Deinde disponit Sol in ferdaria Iouis annum unum, menses octo, dies 17. horas tres propè, qui fiunt simul anni quinque, mensis unus, dies uiginti, horæ 10 propè. Et significat quod in huiusmodi diuisione augebitur prudentia eius, & erit dominabilis & addentur opes eius atq; prosperitas & inueniet Thesaurum & adipiscetur diuitias sine labore, & honorabilis erit in omnibus, & exercebit officium maximũ, & nascetur ei filius fortunatus. Deinde disponit Venus in ferdaria Iouis annum unum, menses octo, dies septem, horas tres propè. Et significat quod in huiusmodi diuisione frequentabit in atriis Regum & amicabitur eis, & inueniet gloriam, et prosperitatem, & diuitias absque dolore, & morientur inimici eius. Si uerò impeditus fuerit Iupiter à Saturno & Marte: minuuntur omnia prædicta. Deinde disponit Mercurius in ferdaria Iouis annum unum, menses octo, dies septendecim, horas tres propè, qui fiunt simul

2008 Ministerio de Cultura

simul anni octo, menses sex, dies uiginti quinq; horæ 17. propè. Et significat q̃d in huiusmodi diuisiõe erit morigeratus & † habebit inimicos multos & inimicabũtur sibi amici sui, & conuicia patietur a pluribus & coniungetur uxori, & à cane mordetur, uel ab alio animali, & destruetur domus sua, uel pars eius, & cadet à domo, uel alio loco. Deinde disponit Luna in Ferdaria Iouis annum unum, menses octo, dies 17. horas tres propè. fiunt simul anni decem, menses tres, dies duodecim, horæ uiginti propè. Et significat quod in huiusmodi diuisione addetur gloria eius, & dominabitur pluribus, & adipiscetur res insperatas & aliquãdo quidẽ lætabit̃, aliquando uerò cõtristabit̃, & aliquis super eius maior eo morietur, à quo hereditabit hæreditatẽ, peregrinabitur etiam peregrinationem longinquam, & incidet in Latrones, & hæc erunt in primo anno. Deinde disponit Saturnus in Ferdaria Iouis annũ unũ menses octo, dies 17. horas tres propè, q̃ fiunt simul anni duodecim, & significat quod in huiusmodi diuisione faciet dominationes diuersas & elongabũtur ab eo amici sui & proximi, & inimicabiliter disponent se penes eum, & erunt aduersus eum hi, qui primitus amicitiam constituerunt cum eo, forte quidam eorum peregrinabitur, patietur etiam natus † timorẽ à Regibus & periculosa propter filios, & dãnificabitur domi † planeta unius, & si alicui mutuabit, nunq̃ recipiet ipsam & si recepit partim & cum multo labore † in domo sua tristicię, atq; cogitationes per dies triginta ex quibus periculo appropinquabit.

DE FERDARIA Martis.

MArtis quidem ferdaria sunt anni septem. disponit quidem ipse à principio septimam partẽ horum uidelicet annum unũ. et significat quod in huiusmodi diuisiõe erit iniquus & temerarius, et incidet in magnum delictum, & longam pugnam, & insurgent cõtra eum inimici eius, & diffamabunt eum coram principibus & præsidib. & patietur nocumẽtum à parentibus suis, & saluabitur, & timorem sustinebit à fera uel igne uel ferro uel aqua feruente, uel à suspensione, uel ab aliquo suspenso & † feminabis aliquid, in illo anno erit læsum semen eius ab aqua uel submersione, peregrinabitur etiam peregrinationem longinquã, & patietur capitis uel oculorum dolorem. Si uerò fuerit Mars cum Ioue uel Saturno in terminis Martis, uel in terminis Veneris: lædetur ab inimicis & saluabitur. Deinde disponit Sol in ferdaria Martis unum annum, qui fiunt simul anni duo & significat in huiusmodi diuisione quod fratres sui disponent inimicè contra eum & patietur nocumentum ab aliquo de socijs suis per dies undecim & in aliquo membro occulto habebit dolorem, & cadet ab alto loco, & morieẽ uxor eius, & insaniet unus de filijs suis, uel morietur. Deinde disponit unus in ferdaria Martis annum unũ qui fiunt simul anni tres. Et in huiusmodi diuisione perseuerabit in Melodijs, & iucunditatibus & habitabit cum Meretricibus, & rixabitur cum uxore sua, & habebit familiaritatem cum Latronibus & utilitatem ab eis. Deinde disponit Mercurius in ferdaria Martis annum unum, qui fiunt simul anni quatuor, & in huiusmodi diuisione habebit nocumenta & peregrinabitur & contristabitur propter furtum uel damnum & amicis suis inimicabitur & fortè peribit ab aliquo infortunio. Deinde disponit Luna in ferdaria Martis annum unum qui fiunt simul anni quinq;. Et significat quod in huiusmodi diuisione includetur, & ruet in aduersa, deinde expensas ac dispendia patietur in ædificijs, & si emerit morieẽ uel fugiet, & si uiuus fuerit pater suus, morietur. Deinde disponit Saturnus in ferdaria Martis annum unum, qui fiunt simul anni sex. In huiusmodi diuisione patietur mala & dãna & superueniet ei quartana, & erit inter ipsum & uxorem eius diuortium. Deinde disponit Iupiter in ferdaria Martis annum unum, qui fiunt simul anni septem. Et significat quod in huiusmodi diuisione superabit inimicos, & contemnet omnes, & habebit utilitatem occasione contentionum, & multiplica-

feminibus.

2008 Ministerio de Cultura

bitur introitus eius, & naſcetur ei filius, & gratulabitur in omnibus. Deinde diſponit caput draconis ſolũ annos tres, & ſignificat quod in huiuſmodi diuiſione erit proſperans, & principibus amicabitur & dominabitur pluribus, emet etiam ſeruos & ancillas, & amicitiam habebit cum Mulieribus. Deinde diſponit cauda ſola annos duos. In huiuſmodi quidem diuiſione inimicabitur cum amicis ſuis & damnificabitur & cõtriſtabitur in uxore, & infamabitur propter eam, & ægrotabit ægritudine praua. Et in diurnis quidem natiuitatibus diſponunt prædicti * noti, poſt Martem: in nocturnis uerò poſt Mercuriũ. Cum uerò cõpleti fuerint ſeptuaginta quinq; anni reſtituitur diuiſio ferdarũ ad planetam à quo incepit ferdaria in natiuitatis principio ſecundum ordinem ſupra dictam, & procedunt definitiones euentuum ſicut declarauimus in priori. Et ſi uita eius ultra 75. annos tranſierit, uel infra eũdem perueniet numerũ: erit mors eius in ferdaria eiuſdẽ planetæ, cui contingit ſecundum præexpoſitam tibi doctrinã. Et hæ quidem ſunt ſignificationes planetarũ in eorũ ferdarijs per ſe & in ſocietate cum alijs. Oportet aũt cum his conſiderare & ſignificationes eorum ſecundum Natiuitatẽ, ſi fuerint boni eſſe uel mali, & ſecundum diſpoſitiones eorum quas habebant in natiuitatis principio, & de particularibus ſignificationibus euentuum diffinire.

De ingreſſu Planetarum.

A Reuolutione annorum Ingreſſus Planetarum ad loca eorum ſecundum Natiuitatem & ad aliorum loca ſecundum eandem Natiuitatem, habebit quaſdã ſignificationes occultas bonorũ ſcilicet & malorũ. Conſiderare quidẽ oportet Loca eorum, peruenit em̃ multoties planeta in Reuolutione anni ad gradũ eius ſecundũ Natiuitatẽ & multoties ad ſignum, non tñ ad gradum. Cum aũt peruenerit in Reuolutione Anni ad gradum in quo erat ſecundum Natiuitatẽ, uel ad terminũ in quo erat: tunc erit perfecta ſignificatio eius. Et ſi planeta ipſe fuerit in Reuolutione anni in aliquo ſigno, deinde retrogradabis ad locum eius ſecundũ Natiuitatẽ, & ſic habet quãdam ſignificationem, qñ uerò perueniet ad locum alterius planetæ tripliciter erit conſiderandus. Et primo quidẽ oportet cõſiderare ſeu cõmiſcere ſignificationes utrarũq; ſtellarũ cum aſpiciũt ſe ad inuicẽ, deinde cõſiderare naturas quẽadmodũ benevolus cũ peruenerit ad locũ benevoli, & benevolus ad locũ malevoli, fortunat em̃ operationẽ malevoli. Si uerò malevolus perueniet ad locũ benevoli, corrũpit operationẽ benevoli. Si uerò malevolus ad locũ malevoli, augmẽtat ipſius malitiam. Tertio cõſiderare oportet ſignum in quo erat ſecundum Natiuitatem planeta, & facere ipſum ſicut aſcendens, & ſecundũ illud qualitates euẽ tuũ diffinire. uerbi gratia: Iupiter erat ſecundũ Natiuitatẽ in aliquo ſigno, & erat ſignum ipſum domus eius, uel domus alterius, ingreſſa eſt aũt Venus in Reuolutione anni ad locũ Iouis, fecimus ergo utraq; domorũ Iouis aſcendens, deinde aſpeximus domos Veneris in quibus locis contingunt ab illis locis, aſpicientes ergo Taurũ ſextũ à Sagittario, diximus quod ægrotabit. Item uidentes libram quæ eſt undecimus locus à Sagittario, diximus quod acquiret amicos, deinde fecimus uelut aſcendens piſces & inuenientes Taurum tertium ab eiſdem, diximus quod peregrinabit, & quia libra eſt octauum à piſcibus, adipiſcetur opes occaſione hęreditatis & aliquis morietur de notis ſuis, & ab hæreditatibus proſperabitur. Et ſi unus in ſigno anni plures habuerit dignitates, domos eius facimus ueluti aſcendentes, & numeramus ab eis uſque ad domos Iouis, tempus aũt complementi euẽtus tunc erit, quando planeta reſtitutus diſponet mẽſes uel dies in illo anno. Et ſi planeta ad locum alterius planetæ peruenerit, tunc operationem oſtendet cum aſſociatus fuerit per figuram illi planetæ, & ſi uolueris ſcire quantũ durabit ſignificatio euentus, aſpice quod ſi malevolus peruenerit ad locum proprium duplica orbem eius, & dic tantum temporis durare ſignificationem euentus. Et ſi non fuerit in Reuolutione locus contrarius: erit ſemel ſecundum orbem planetæ

2008 Ministerio de Cultura

netæ ipsa significatio, uerbi gratia: Erat Saturnus secũdũ Natiuitatẽ in septimo, accidit aũt ipsum restitui in aliqua reuolutione, & inueni apud septimũ locũ signi profectionis, uel in septimo loco ascendentis reuolutionis. Dicimus ergo infortunari tã uxores eius, quã inimicos bis, secundũ † planetæ. Et si esset in Medio Cœli, uel in alio loco bono, semel secundum orbem suum sufficeret. Similiter & si aliquis beneuolus in aliquo anno redierit ad locum suum secundũ Natiuitatẽ: significat bonũ, & si tam in Natiuitate quã in Reuolutione in loco fuerit bono operabitur duplicem orbẽ. Statues aũt huiusmodi orbem sic. Si planeta quidẽ fuerit in mobili signo, accipias orbẽ huius minorem, si in bicorpore, medium, si in fixo maiorem. Alius uerò modus ingressus, Cũ fuerit planeta secundũ natiuitatem aliquo locõ, & secundũ Reuolutionẽ alius planeta ingredietˉ ad locũ illũ, habet significationes quasdã. Si uerò planetæ huiusmodi associati fuerint p figuram: ualde manifestam facient operationẽ & operabitur alter in alterius orbe & maxime si in locis, fuerint bonis, uerbi gratia: Erat Iupiter secũdum natiuitatẽ in signo mobili. Accidit aũt in quadã Reuolutione, Venerem esse in loco Iouis, Erat aũt locus ipse sextus à signo professionis, uel ascendẽte Reuolutionis, significauit ergo Venus ad locũ ingrediẽs Iouis, cp uentositatem habebit natus, & arteriæ tracheæ languorẽ. Si uerò esset associata per figurã, tunc Venerẽ Ioui cõiũgeremus utiq;, duorũ planetarũ orbes & diceremꝰ cp per dies Virginis duraret periculũ, & si non essent associati, semel orbis unius durabit. Cum autem erit in signis mobilibus fortè significabunt horas uel dies & præcipue si beneuoli. fuerint beneuoli, etenim uelocẽ significãt euasionem malorum, eadem ergo doctrina utemur in quolibet planeta restituto ad locum suum in Reuolutione, uel ad alterius locum ingrediente. Si uerò duo planetæ aut plures ingredientur ad locum unius, uel unus planeta ingredietur ad loca duorum: idem erit iudicium, uerbi gratia: Erat Luna secundum Natiuitatem in cancro. Saturnus quidẽ & Iupiter ingressi sunt tempore Reuolutionis ad locum Lunæ dicimus quidẽ cp ingressus Saturni, lęsionem inducit occasionibus Mulierum, Iouis uerò bonã habitudinem corporis & augmentũ diuitiarum inducit, & bonos mores, & forte filium generabit & mora quidem tristiciæ erit secundum orbem Saturni, uel donec Saturnus exeat à terminis in quibus est. Similiter & in Ioue. Si uerò Iupiter & Saturnus secundum Natiuitatem fuerint in cancro, & ingredietur super hos Luna tempore Reuolutionis: significat quod per ingressum Lunæ sup Saturnũ, ipse cuius est Reuolutio concũbet cũ mulierib. uetustissimis uel decrepitis. Per ingressionem uerò super Iouem: significat quod peregrinabit in quibusdam aquosis locis & ab ipsis ad alia.

DE INGRESSV SATVRNI AD loca sua & reliquorum planetarum.

SAturnus restitutus in Reuolutione ad proprium locum, & benè dispositus in duobus temporibus renouat operationẽ Nato & à dignitate producit ad dignitatem. Et si fuerit in Reuolutione in angulo adipiscetur maiora bona. Et in medio quidem Cœli uel habentib. dignitatem: à potentibus in septimo, uel à mulieribus uel & ab hostibus, & similiter diffinias de duodecim locis. Cũ aũt peruenerit in Reuolutione ad locũ Iouis, acciderit cp Saturnus secundum Natiuitatem uel secundum Reuolutionem ut sit dominus ascendẽtis, uel dominus partis fortunæ, uel dñs Lunæ in nocte uel dñs Solis in die: significat dignitatẽ & additionẽ amicorũ & pecuniæ atcp prouentuũ. Si uerò in locis ipsis nullã habet dignitatẽ: nocet diuitijs ac rebus stabilibus, & quot † retrogradabitur in illo signo, habebit discordias cum suis amicis. Et si peruenieˉ Saturnus tempore Reuolutionis ad locum Martis, & Saturnus habebit dignitatem siue in ascendente Natiuitatis siue in ascendente Reuolutionis, siue in parte fortunæ, significat peregrinationem & indigentiam in fratribus & amicis, & utilitatem ab eis. Decipieˉ autẽ circa proprias operationes & ociosus erit in cõuersionib. & erũt iniquæ cogitationes eius, & erit modicę fidei in

2008 Ministerio de Cultura

proprio dogmate & accuſabit propter hoc,&ſi Saturnus nullam habebit dignitatem cum prædictis: mala patietur & contriſtabitur propter fratres &amicos, & iter arripiet & peregrinabitur. Et ſi erit tempore Reuolutionis coniunctus Soli & in prædictis locis habeat dignitatẽ,languebit languore acuto & periculoſo,& quidam timor infertur ei a poteſtate uel ab eo qui habet dignitatem, & rixas habebit cum mulieribus. Et ſi Saturnus in prædictis locis non habeat dignitatem: patietur contentiones & una de ſuis mulieribus morietur & appropinquabit periculo. Et ſi alicui ſeruiet, patietur nocumentum dominus eius.* Sin autem, impedietur circa dignitatem ſuam. Si uero perueniet ad locum Veneris:peregrinabitur ipſe cuius eſt Reuolutio & conabitur mulieri coniungi ſed impedietur & modicus erit coitus eius. Et ſi figura procreationem filiorum ſignificat: procreabit & ruet in amorem. Et ſi Saturnus in Reuolutione anni ad locum Mercurij perueniet: erit cordi multis & peregrinabitur. Et ſi habuerit filios contriſtabitur propter eos & erit audax, negotiorum ſublimium, & habebit timorem pro quibuſdam operationibus, & patietur læſionem ab equitaturis ſuis, & experientia & exercitium eius cadet. Et ſi Saturnus tempore Reuolutionis ad locũ Lunæ perueniet: occaſione mulierum redarguet & contemnet. Et ſi tempore Reuolutionis erit Luna in angulo: erit maximum nocumentum ſecundum naturam ſigni in quo eſt, quod ſi fuerit de ſignis ſimilitudinis hominum: erit impedimentum per homines. Si uero ſimilitudines ferarũ,per feras. Et ſi in Scorpione:per uenenoſa. Si in Cãcro uel piſcib. per aquarũ reptilia & ſimilia. Si uero in aſcendente Reuolutionis fuerit Luna. Languebit periculo eo languore.

DE INGRESSV IOVIS AD propriũ,& ad loca reliquorũ planetarũ.

diriget. ET ſi Iupiter peruenerit ad locum Saturni dabit proſperitatẽ & † diliget ea quæ† inceptione deſtruxit Saturnus, erit aũt gratioſus & fideliſsimus,& proſperabit in negotijs ſuis,ab amicis habebit bona & patificabuntur cum eo inimici ſui, & diligent eũ. Cũ uero reſtitutus fuerit Iupiter ad proprium locum: renouat proſperitates quę per natiuitatis initium indicantur, nec non præbet diuitias ab † inſeperato emolumento, ad locum uero Martis perueniens, peregrinationem faciet, & utilitatem † a potentibus etiam &mulieribus,uel habentib. poteſtatem & fortè filium procreabit, & fratres ſui utilitatem habebunt uel aliqui quos habet ut fratres, quando uerò ad Solis directionem perueniet, & erit ſub radijs, habebit dignitatem in aſcendente reuolutionis uel in ſigno profectionis,timendum eſt de deſtructione ſua quouſq; ſub radijs fuerit. Et ſi euaſerit, donec Iupiter fuerit extra radios timores tantũmodo à potẽt ib. patiet, & abſcondet ab eis, & ægrotabit, & ſi fuerit Iupiter extra radios:habebit,pſperitatem. Quoniam uerò perueniet Iupiter ad locum Veneris in Reuolutione: languebit, & corpus eius iacebit,& augetur dignitas eius, ac gloria,&addentur amici ſibi, & laudabilis erit. Si uerò Venus fuerit mali eſſe: erit timẽdum de eo. Quoniam autem perueniet Iupiter ad locum Mercurij augmentabitur ſcientia eius & doctrina,& adipiſcetur bona. Ad locum uero Lunæ perueniens, corporis dignitatem ſignificat, & augmentum diuitiarum & filiorum & bonos rumores. Et ſi Iupiter per figuram aſſociatus fuerit Lunæ reuolutionis: eripit eũ ab omni malo. Quando accidet in Reuolutione eius aſcendens, uel in quinto loco,uel cum dominis eorum,uel in loco Veneris, uel cum Luna,uel cum parte filiorum:ſignificat filij generationem.

inſeperato.

exhibebit.

DE INGRESSV Martis.

MArs quidem tempore reuolutionis perueniens ad locum Saturni: multiplicationem facit fratrum & amicorũ, & capiet iter propinquũ & ſi dignitatem habet in anno Mars: ſignificat otium & deſidiam. Si uerò Saturnus habet dignitatem in anno,ęgrotabit à uulnere,ſi aũt ingredietẽ Mars ad locum Saturni, & Saturnus ingredietur ad locũ Martis:ſignificat

2008 Ministerio de Cultura

cat exulare à patria. Ad locum uerò Iouis ingrediens Mars, significat peregrinationes, & utilitates à subiugalibus, tũc uidelicet cum Iupiter ingredietur ad locum Martis. Si uerò Mars fuerit in locũ proprium constitutus & in anno habeat † & bona ipse cuius est reuolutio, & præcipuè à Militibus. Si uerò fuerit cadens ab angulo, & inspexerit ascendẽs: significat peregrinationem & augmentum seruientum. Si uerò signum † declinauerit profectionis uel ascendentis, in eoq; habebat dignitatem: inuẽiet bona per ferrum & sanguinem. Ad locum autem Solis ingrediens, existente reuolutione diurna: contristabitur à potestatibus, & à calore lãguebit. Si uerò Mars fuerit dominus anni, fueritq; in signo calido & sicco: timendum erit de interfectione. Si autem nocturna fuerit Reuolutio: erunt pericula leuia. Ad locum quidem Veneris perueniens Mars: augmentum significat coitus, & plurimum appetitum, & erectionem uel excitationem ad muliebria, & delectabitur in uoluptatibus, & augetur gloria eius & dignitas & † manifestabitur causa mulierũ & multiplicabunt amici eius, & erit laudabilis. Si uerò in anno Mars habeat dignitatem: ægrotabit à superfluitate ciborum uel à superfluitate coitus. Et si Venus in anno habeat dignitatem: languebit ex potatione ueneni & à dolore tracheæ arteriæ. Et si cum hoc Venus fuerit impedita: timor est ne fortè moriat. Et si Mars ad locum Mercurij applicuerit: utet falsis scripturis, & quidam de fratribus suis minoribus morietur. Ad locum uerò Lunæ ingrediens existẽtis in bono loco: inueniet dignitatem & fortasse filiũ generabit. Si uero Mars habebit dignitatem in anno: ægrotabit & contristabit propter consanguineos, & uxores qui sic habuerit dignitatem, amittet ipsam.

† dignitatẽ: habebit bona ipse.

† fortunabit.

DE SIGNIFICATIONE SOlis in singulis signis.

SOl tempore reuolutionis cum fuerit in Leone fueritq; in angulo boni esse, & in anno habuerit dignitatem, uel in natiuitatis initio: erit sanus corpore & habebit ꝓficua plurima. Si uerò fuerit mali esse: cadet in lãguores. Et si fuerit cadẽs ab angulo: erunt leuiores languores. Et si in Virgine fuerit super terram, aspexeritq; ascendens, habẽs aliquam significationẽ in anno: significat certamen illius, cuius est reuolutio, circa diuitias & doctrinas, & si beneuoli perhibeãt testimonium: obtinebit propositum suũ. Si uerò maleuoli: priuabit eo. Et si in Libra fuerit super terrã, habens dignitatẽ in anno: significat peregrinationem, quæ peregrinatio erit utilis. Si Sol beneuolo associatus fuerit per figurã. Et si fuerit in Scorpione in angulo, & expeditus à malis, & maximè in medio Cœli, habueritq; dignitatem in anno: inueniet bona cuius est reuolutio & ædificationes tractabit. Et si fuerit in Sagittario, & in * domo habuerit dignitatem, fueritq; in angulo boni esse: inueniet cuius est Reuolutio, bona & lætabit, & forte filium generabit. Et si fuerit mali esse: multiplicabuntur tristiciæ sue, & timebit de proprio suo. Et si fuerit in Capricorno, habueritq; dignitatẽ in anno: significat languores, tristicias, infortunia & indigẽtias. Et si fuerit in aquario, habueritq; dignitatem in anno: significat nuptias, & additũ consanguineorũ, & subditorum, & contentiones ac rixas. Et si in Piscib. fuerit impeditꝰ, significat tristicias & sollicitudines mortiferas. Et si fuerit expeditus: contristabit sine ulla occasione. Et si in Ariete fuerit boni esse habueritq; dignitatẽ in anno peregrinationẽ significat bonã. Si uerò fuerit mali esse: significat tristicias in peregrinatiõe, atq; paucitatẽ fidei. Et si in Tauro fuerit boni esse, habueritq; dignitatẽ in anno: amicabitur cum potestatib. & utilitatem habebit ab eis, & si fuerit mali esse: contristabitur & anxiabitur, & maximè, si in angulo fuerit. Et si in Geminis fuerit, boni esse, habueritque dignitatem in anno, fueritq; super terram aspiciens ascendens, & signum profectionis: significat multiplicationem amicorum et fortasse nascetur ei filius. Si uerò fuerit mali esse: contristabitur, et negotia eius impedientur, Et si fuerit in Cancro, habueritque dignitatem in anno existens sub terra: superabitur ab inimicis suis, & maxi-

anno.

8

11

69

2008 Ministerio de Cultura

& maximè si non aspexerit eum Luna.

DE INGRESSV VENERIS in locum suum & aliorum planetarũ.

QVando Venus peruenier ad locum Saturni secũdum Natiuitatẽ, significat curã circa Venereos actus. Et si fuerit boni esse: amplectetur licitos coitus. Si uerò fuerit mali: illicitos, propter ꝗs multoties arguetur. Et si fuerit Venus sub terra: erunt huiusmodi in occulto, si super terram, contrariũ. Et si Venus habuerit dignitatẽ in anno cõtristabit causa Mulierũ, diliget etiã aquas & mundificationes, & ludere cum aqua. Et si ♄ habuerit dignitatem in anno: significat peregrinationem & coitus & nascet ei forsitan puer, uel concipiet ex eo mulier. Et si peruenier ad locũ Iouis, significat plurimã fidem, & peregrinationẽ ad loca sicca, & hæreditabit diuitias, & ad amicos peregrinabitur, & nouos amicos magnates adipiscetur, ægrotabit etiã & sanabit. Et si ♀ habet in anno aliꝗ dignitatẽ: patietur in gula. Si uero Iupiter habet in anno aliquam dignitatem ægrotabit a colera nigra. Et si ad locum Martis peruenier: significat diligẽtiam super Venereis & nuptialib. rebus. Et si fuerint configurati ad inuicem: cõsequetur omnes petitiões suas in huiusmodi reb. Et si ad locum Solis peruenier, habueritꝙ significationẽ in anno & fuerint ambo in angulis: patiet necessitates, & timebit prẽsides. Si uerò fuerint cadentes ab angulo, ẽgrotabit a calore. Et si Sol testimonium habet in anno: multiplicabit gloria eius, & adipiscet dignitatem, & peregrinabit & concupiscetur. Et si in locum suũ Venus regredietur: renouat ea quæ significauit in inceptione, & augebitur thesaurus eius. Et si ingredietur in locum Mercurij: significat posse sermonis & eloquẽtiam & doctrinam. Et si Venus habet dignitatem in anno: conuersabitur cũ sibilatoribus & cytharedis & loculatorib. Si uerò fuerit mali esse: patietur læsionem. Et si ingredietur ad locum Lunæ, & Luna fuerit boni esse, & habeat alterutra earum dignitatẽ in anno: significat bonum esse tam eius quàm consanguineorum suorum, & fabulationem cũ potestatibus & adipiscetur amicum aliquem æqualem fatri.

DE SIGNIFICATIONE MERcurij cum ingreditur ad loca.

QVando Mercurius ingreditur ad locum Saturni secundum natiuitatem & habebit significationem in anno, liber a malis: significat peregrinationem utilem, & forsitan nascetur ei puer. Et si habet significationem Saturnus in anno: significat obitum filiorum, & languorẽ habentis reuolutionem, & iniquitatẽ & infidelitatem, & contemptũ decretorũ. Et si ingredietur ad Iouem & habebit alteruter eorum dignitatẽ † ab aliquo excellentiore & augebitur scientia eius & actus. Si uerò fuerint impediti: significat nocumenta & contentiones cum inimicis. Et si ingredietur ad Martem: significat quod adaptabit mendacia, & falsas scripturas. Et si alteruter eorũ retrogradat: significat furta. Et si Mercurius habet significationem in anno, & impeditur a Marte: annus erit periculosus. Et si cum his sub radijs fuerit: timendum erit ne forte interficiatur in loco peregrino. Et si ingredietur ad Solem & erunt in angulis: inueniet dignitatem & gloriam & maximè si sunt in medio Cœli. Et si ingredietur ad Venerem, & habet dignitatem in anno: significat inquisitionem fabularum, & uersuum ac melodiarum. Et si fuerit in locum propriũ restitutus, & habeat dignitatem in anno, fueritꝙ in angulo: significat additionem gloriæ & diuitiarum. Et si fuerit impeditus: significat diuersa impedimenta. Et si ingredietur ad Lunã, & Luna dignitatẽ habet in anno: significat peregrinationẽ, & contentiones in itineribus, & inimicorum insultus: & timorẽ ab eis. Et si Mercurius dignitatem habet in anno: inueniet bona, & multiplicabuntur amici sui, & erit commendabilis. Si uerò Luna fuerit mali esse: contristabitur propter quas prædiximus causas.

DE SIGNI-

2008 Ministerio de Cultura

DE SIGNIFICATIONE ingressus Lunæ.

LVna Reuolutionis tẽpore ingrediẽs ad ♄, habens significationem in anno: significat dispositiones libidinosas erga aliquas uetustissimas uel decrepitas uel † capidineas. Et si fuerit mali esse: significat detentiones & contentiones, & si de periculo uitę timetur, in illo anno forsitan morietur. Et si Saturnus habet dignitatem in anno: significat rumores diuersos & tristes. Ad locum uerò Iouis perueniens, cum fuerit boni esse: significat peregrinationem ad loca aquosa, & ab his ad alia. Si uerò fuerit mali esse: cadet in aduersitates & ægrotabit. Ad locum quidem Martis ingrediens, cum ipse fuerit boni esse: inueniet dignitatem, & adhærebit militibus ægrotabit à calore, & enormia patietur & timores à potestatibus, & peregrinabitur peregrinationem inutilem. Et si Luna fuerit impedita tam in Natiuitate quàm in Reuolutione, fueritq; coniuncta Martí existẽte in malo esse: in illo die effundetur sanguis per aliquem modũ, & rixas habebit, & iniustitias, uel calumnias. Et si ad locum Solis peruenerit, habueritque dignitatem: patietur à potestate, uel ab habentibus potestatem mala, uel à personis maioribus. Et si Sol habet dignitatem in anno: adipiscetur dignitatem aliquam, & priuabitur fortè matre, uel patre loco matris. Et si ingredietur ad locum Veneris, & fuerit boni esse, significat impedimenta circa * motus, & contristabitur propter consanguineos, & erit in requie & delectatione, & substantiam adipiscetur immobilem. Si uero ipsa fuerit domina: consequet̃ gloriã, & utilitatem habebunt per eum consanguinei sui. perueniens autem ad locum Mercurij: significat peregrinationem, & nocumentum ab inimicis. Si uerò Mercurius habuerit dignitatem in anno erit prosperum esse suum, & adipiscetur opes, & laudabitur à pluribus. Ad unumquenque uerò perueniens existẽte Reuolutione nocturna, erit in sanitate & incolumnitate, & consequetur utilitatem ex eo. Et si aliqui planetæ aspexerint eum: ostendent singuli operationem eorum. Et si Luna fuerit impedita, & peruenerit ad locum suum secundum Natiuitatem, uel ad eius oppositum: habebit periculum illo die. Et si maleuolus peruenerit in Reuolutione ad locum Lunæ, & aspexerit Lunam: significat ægritudines & tristitias & angustias, & maximè si est maleuolus dominus anni, & est in Reuolutione in loco contrario. Et si peruenerit Luna ad locum maleuoli secundum natiuitatem: idem accidet. Quando uerò Luna in Reuolutione anni est associata per figuram beneuolo uel maleuolo. Cum perueniet ad corpus illius beneuoli uel maleuoli, uel ad Radium alicuius eorum: significat bona uel mala secundum * Natiuitatẽ planetę. Et quando perueniet ad Planetam significantem secundum Natiuitatem bonum uel malum, in illo die operationem ostendet. Et cum aliquis planeta ingredietur in aliquo tempore ad gradum, in quo erat diuisio uel diuisor, uel ad gradum ascendentis † inceptionis, uel ad gradum ascendentis Reuolutionis, uel ad radios aliquorum Planetarum, uel partes, uel duodenas particulas, uel ad dominas eorũ: mouet significationem secundum naturã propriam. Et si aspexerit planeta locum alterius planetæ, à quocunque aspectu: renouabit significationem ipsius. Et quando ingredietur planeta habens dignitatem in anno ad duodenarium signi, uel planetæ cuius fuerit duodenarium: significat eandem significationem prædictorum planetæ ac signi. Verbi gratia. Duodenarium quarti loci accidet ad secundum signum, dicimus quidem, quod cum ingredietur ad locum illum planeta, habens dignitatem in anno: tractabit ea quæ pertinent ad domos & opes, habent quidem & alias significationes planetæ secundum distantiam domorum unius ab alio, de quibus nihil dicimus pro eo quod potest † addicens eas conjecturare. Cum enim significauerint aliquid planetæ, tam secundum Radicem, quàm secũdum Reuolutionem: certiores

Natiuitatis.

addiscens.

2008 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA DEL OBSERVATORIO DE A...

certiores erunt definitiones euentuum. Oportet quidem aſpicere in ingreſsibus cui planeta ingrediens configuratur de planetis ſecundum natiuitatem uel ſecũ dum Reuolutionem. Et ſi configurantur Planetæ ſecundum Natiuitatẽ: ſignificat euentum eſſe, ex cauſa precedenti. Si autem configurantur Planetæ ſecũ dũ Reuolutionẽ: ſignificant ex cauſa ſuperuenienti, & ſi nõ configurãtur alicui uel de his qui ſunt ſecundum natiuitatẽ uel Reuolutionem: ſignificat euentum eſſe ex cauſa improuiſa.

DE DIVISIONE CAPITIS & Caudæ.

DIſponit quidem caput draconis tres annos. Et ſignificat proſperitatẽ & diuitias ex contentione, & amicitiã erga excellentes perſonas, & amplectet̃ Iudicia, & cõſequetur bona, & * credet̃ enarrans, & dominabitur pluribus & ab hęreditate conſequet̃ utilitatẽ & patiet̃ læſionem a magia, & ſanabitur. Deinde Cauda diſponit annos duos & ſignificat q̃d in his annis patietur mala, & inimicabitur cum amicis ſuis, & damnificabitur tam ipſe, quam uxor eius, & cadẽt in ægritudinẽ peſsimam, & ſanabitur ab ea. Et ſi Veneris caput ſecũdum Radicem in aſcendente: habebit in tribus annis homo ipſe uitam regiam. Et ſi cum eo fuerit Iupiter, aut Luna uel Venus: addetur gloria eius. Et ſi fuerit cauda in aſcendẽti: ruet in praua. Et ſi fuerit caput in Ariete, ditabit̃. Et ſi fuerit ibi cauda depauperabit̃. Et ſi fuerit caput in tertio loco: dominabitur fratribus ſuis, cauda uerò ſi fuerit: erit minimus fratrum ſuorũ. Oportet aũt in Reuolutione anni aſpicere Lunam, ac dominum eius: ſi fuerint boni eſſe, & aſſociati per figuram beneuolis: ſignificant enim bonam habitudinem & ſanitatem atq; proſperitatem. Si uerò fuerit mali eſſe: non erit bonum in illo anno, aſpicias aũt duodenariũ Lunæ, & ſi aſpicitur à maleuolis: erit peius. Et ſi Luna ab aliquo non aſpicit̃, nec aſpicit ipſum aſcendens: nitetur quidem in illo anno acquirere aliquid, non tamẽ acquiret. Et ſcito quod Sol cõburens Planetas eſt peior maleuolo, & ſi a malo aſpicitur: ſignificat combuſtiones & exilia, & ſi à Saturno aſpiciatur patietur ægritudinem longam uel mortem. Si uerò à Marte occiſionem uel † figuram. Et ſi Iupiter quidem & Venus in angulis fuerint uel in ſuccedẽtibus angulorum ſecundum Natiuitatem, uel ſecundum Reuolutionem: ſignificant bona & gloriam ab hominibus, & fœdera amicitiæ. Venus autem non habet eandem potentiam Ioui præterq; ad Muliebria & ad utilitates habendas à nobilibus Mulierib. amplius ad delectationes. Et ſi Mars & Saturnus in huiuſmodi fuerint locis, ad uerſitates ſignificãt in natis: benefaciẽdo uituperabitur & iniuriabuntur ergo eũ homines quibus non nocuit. Et ſi fuerit Rex, minuetur eſſe regni ſui, & conſanguineorũ atq; domus, & ruet in maxima infortunia, ut neceſſariorũ etiã fiat indigẽs Et ſi de mediocrib. fuerit eſſe dom⁹ ſuę † tractabit̃. Et ſi Saturnus fuerit in huiuſmodi locis: erit ſemper in cogitationibus & in ſolicitudinibus ſe ipſum redarguens, & ad alios noxius. Si uerò fuerit Mars erit audax & * uacuus & in rebus pluribus ſatagens. Et ſi fuerit Mercurius cum Ioue erit ſolers & conſultibilis, & eloquens, & intelligens, & ab omnibus delectabilis uel dilectus, & laudatus ab omnib. etiam mẽdacia dicẽs credetur, & forte fiet Regum notarius. Et ſi aliquis uoluerit ſcire quo tempore accipiet rumores iucundos, & in quo recipiet rumores luctuoſos, aſpiciat Mercurium ſuum ſecundum natiuitatem. Cũ eñ aſpexerint ipſum beneuoli, uel radius Solis aut Lunæ cõuenientes: peruenient ad eũ rumor bonus. Si uero fuerit in illo ſigno Luna, & cum eo maleuolus: accipiet rumores aduerſos. Et ſi fuerit orientalis ☿ inſpicitur à beneuolis atque maleuolis accipiet: minus rumores, quoties aũt peruenient Iupiter & Venus ad locũ Solis uel Lunæ uel ad quadrata eorum, & fuerit ſignum unũ de angulis, & ſecundum Reuolutionem non aſpicitur à maleuolo tempore natiuitatis Mercurius: peruenient rumores boni & iucundi & utiles. Item cũ fuerit dominus anni in Reuolutiõe benè diſpoſitus: ſignificat ſalutem & ſanitatem corporis. dominus etiam partis fortunæ benè diſponit &

autoritatem eius habebit oratio.

ac dñ. eius.

Lustro

2008 Ministerio de Cultura

nit & ſignificat diuitias & utilitatem. Et ſi fuerint mali eſſe: contrarium facias etiam & directionē, accipiens ipſam in mēſibus & diebus. Quando autem perueniet Sol ad locum ubi fuerit Mars, continget uerò Martem eſſe, ubi fuerat Luna ſecundum natiuitatem: dicas à nato efflui ſanguinem. Et quando perueniet Luna ad locum Veneris, non exiſtente maleuolo, optimum eſt. Et ſi erit cum Marte: conſequetur operationes Venereas. Et ſi Saturnus aſpexerit uel coniungitur, ſignificat * fritatem ipſorum. Et quando peruenit Saturnus ad ſuum terminum inducit utilitates, quando uerò peruenerit Luna ad locū Mercurij: ſecūdum qualitatem loci diſſinias: & quādo perueniet ad aſcendens: eleuat cogitationes, quādo uerò perueniat ad mediū Cœli: ſignificat ſecundū naturam aſpicientiū eam ſtellarum, erit aūt figura conueniens quærenti operationem, qñ uerò perueniet ad angulū terrę: erit bona erga occultibilia & conſilia, & furta, atque incantationes uel uenenficia, & ad credentiam ſecretorum.

FINIS.

BASILEÆ.

EX OFFICINA PETRINA. ANNO M. D. LIX. MENSE SEPTEMBRI

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA
DEL
OBSERVATORIO DE S. FERNANDO

2008 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA
DEL

2008 Ministerio de Cultura

PTOLEM
Porphurij,
et
Hermetis

Observatorio de Marina
BIBLIOTECA
Núm. 1418